Conspectus Contentorum.

I. Bajers, Johan. Wilhelm Vertheidigung und Vertheidigung der Reinen Lehre von d Nothwendigkeit des glaubigen erkäntnüßes Xsti, wie auch von d Nothwendigkeit u Kraft des äußerl. Worts Gottes u Sacramente der heil. Taufe wieder die heutig irrgister ordinary Quacker, sonst unter sich geredigt. Jenae Ao. 1681.

II. Petersen. Joh Wilhelm. Ablösung der pfändlichen Anklage Ao 1692.

III. Eiusdem sein öffentliches Zeugnüß gegen das urtheil eines Lichtfreundes damit er das gesegnete Reich Xsti etc unverantwortlicher weise verurtheilet hat. Magdeburgi Ao 1692.

IV. Eiusdem endliche Erklärung gegen Joh. Joach Wolffium, wie auch gegen alle welche etc ihm, u. die von ihm bekante warheit des --- Reiches Jesu Xsti --- angetastet haben. Magdeburg Ao 1693.

V. Eiusdem Zeugnüß gegen Joh. Joach Wolffium --- welcher einen Lästerer des Reiches Xsti u offenbaren Pasquillanten -- zu vertheidigen sich unternommen hat Magdeb. Ao 1693.

VI. Eiusdem Erkäntnüß von dem Zukünftigen seligen Reiche Jesu Xsti u. der damit verbundnen letzten auferstehung. --- in frag u antwort dargestellet. Magdeburg. Ao 1693.

a. VII. Eiusdem. Die Warheit des seel. Reichs Jesu Xsti, welche in der siebenden Posaune nach Offenbar. 10 zu erwarten ist etc. Geschrieben zu Magdeburg 1692. gedruckt ebiden Ao 1693. Erster Theil.

b. VII. Eiusdem Andrer Theil de eodem argumento. Ibidem. Eodem Anno.

VIII. Meieri, Gebhard. Theodori Chiliasmus Profligatus. Helmestad. Ao 1692.

IX. Petersen. Johan Wilhelm Schrifftmäßige Erklärung und Beweis der Tausendjahre, u der daran hangenden ersten auferstehung etc. Francof. Ao 1692.

X. Overbeck Adolph Theobald. Gründlicher Beweiß daß Petersons Lehre von Tausendjährig Reiche mit dem Worten Xsti Joh. VI. 39 seqq. et Matth. XXV. 31 seq. streite könne Vorgelegen von den etc. Helmestad. Ao 1693.

XI. a

XII.

XIII.

XIV.

XV.

XVI.

XI. Mayeri Joh. Frid. Disputatio Ogica Inauguralis de Novi Testamenti Hedingeriani erroribus Pietisticis, Gryphisvaldiae Ao. 1707.

XII. Loescheri Valent. Ernest. Dogma Ogicum de Paedagogia Magistratus Religiosa exemplo Ernesti Pii Saxonum Ducis, --- illustratum. Wittembergae Ao. 1708.

XIII. Neumann. Joh. Georg. dissert. Ogica de Illuminatione Witteb. Ao. 1699.

XIV. Vogts Samuel Sendschreiben an M. August Herman Francken --- von - Casp. Sagittarii -- Leipzigischer Expedition etc. Coloniae.

XV. Anonymi Historische Relation, was sich mit etlichen Leipzigischen Studiosis welche von Skendiz nach Merseburg gefangen geführet worden, zugetragen im Jahr Xti 1691 Magdeburgi.

XVI. Hinckelmanns Abraham Christliches Entschuldigungsschreiben an die ihm anvertraute -- gemeine Xti etc. 1694. Hamburgi.

Einzeln verzettelt
8. II. 1915.

Q. B. V!

DISPUTATIO THEOLOGICA INAUGURALIS
DE
Novi Testamenti Hedingeriani
ERRORIBUS PIETISTICIS,
Quam,
Ex Decreto Summe Reverendæ Facultatis Theologicæ,
PRÆSIDE
Summe Venerabili, Magnifico atque Excellentissimo DOMINO,
DN. D. JO. FRIDERICO MAYERO,
S. Reg. Majestatis Sveciæ Magnæ Fidei Viro, in Provinciis Germanicis Consiliario in Sacris supremo, Academiæ Gryphiswaldensis Pro-Cancellario perpetuo, Professore Theologiæ Primario, Ecclesiarum Pomeraniæ & Rugiæ Superintendente Generali & Consistorii Regii Præside, ad D. Nicolai Gryphiswaldiæ Pastore, Collegii Theologici Seniore & h. t. DECANO,
Domino, Præceptore atque in CHRISTO Patre suo,
omni observantia æternum colendo,
Pro Licentia
Summos in Theologia honores, & privilegia Doctoralia rite capessendi,
In Auditorio Maximo
Anno cIↃ IↃcc VII. a. d. XXV. Novembr.
publica & amica disquisitione submittit
Auctor,
M. JACOBUS Schröder / Anclamensis,
SS. Theol. Candidatus & Scholæ patriæ h. t. Rector.

GRYPHISWALDIÆ,
Typis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII, *Reg. Acad. Typogr.*

I. N. J.

NOn solum *qvæ in se mala sunt, eo fine male patrari, ut inde bona eveniant*, Apostolus Romanos docuit; (a) sed etiam cæteris *bona male ideo fieri, ut mala inde nascantur*, idem DEI Vir Philippensibus demonstravit. (b) Dignissima sunt Divina hujus loci verba, qvæ in fronte meæ *Disputationis Inauguralis* legantur; in Fonte ita fluunt: Τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν. Τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν τὸν χριστὸν κηρύσσουσιν. Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας τὸν χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς, οἰόμενοι θλίψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου. Οἱ δὲ, ἐξ ἀγάπης, εἰδότες, ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι. Τί γὰρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, χριστὸς καταγγέλλεται. Καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι. Qvæ optima fide his mutavit B. Seb. Schmidius: *Aliqvi qvidem etiam per invidiam & contentionem; aliqvi vero etiam per beneplacitum CHRISTUM prædicant. Isti qvidem ex contentione CHRISTUM annuntiant, non sincere, putantes, afflictionem addituros vinculis meis; hi vero ex amore, scientes, qvod in defensionem Evangelii jaceam. Qvid tum vero? Dummodo omni modo sive prætextu, sive veritate, CHRISTUM prædicetur, etiam in hoc gaudeo, sed & gaudebo.*

Ut autem alia aliis meditanda relinqvam, mihi hîc notandum puto optimum facinus, *CHRISTUM offerre,*

(a) *Rom. III. 8. Phil. I. 15. 16. 17. 18.*

unicum æternæ salutis auctorem ; sed observandæ qvoqve sunt optimi actus pessimæ causæ, qvæ ad ipsum impulerunt, *INVIDIA* & *CONTENTIO*, in manifestis carnis operibus Paulo recensita. (a) Nec prætereundum est, qvo *fine* illam salutarem Ecclesiæ operam isti præcones susceperint, nimirum ut afflicto afflictio adderetur, id est, *ut vincto JESU ministro ægre fieret.* Hæc causa est, cur οὐχ ἁγνῶς *non sincere, JESUM ab æmulis suis prædicari*, scripsit Paulus, qvod scilicet omnis eorum opera à fœdato pessimis vitiis animo proficiscatur, licet singulare studium prædicandi verbi & annuntiandi Christi præferant, egregiam pietatem mentientes. Qvare contendunt in verbis Apostoli πρόφασις: Prætextus, & ἀλήθεια, veritas, in qva nihil falsi inest ; uti ex amore CHRISTUM prædicantes iis opponuntur, qvi id operæ sustinent invidia & odio Pauli concitati. Qvod ex navata invidorum istorum Præconum opera, tamen ingentis gaudii materiam sibi præcipit Apostolus, id vero bonitatem ipsius actionis ita evincit, ut simul doctrinæ Evangelicæ puritatem ab iis conservatam esse confirmet. Nihil erat in istis Præconibus, qvo lætari posset Divinus Vir, nisi vitæ verbum, qvo disseminato, gaudebat, cum multorum hominum salute gloriam Domini sui amplificari. Sin vero isti verbo pernicioſis erroribus corrupto & immutato, *propotentia DEI ad salutem omni credenti* suorum Comentorum ulvam, & pro unico salutis remedio, CHRISTO, aliud qvodcunqꝫ hominibus obtulissent aut commendassent adeo, credo, ista neqvitia non gavisus fuisset Paulus, ut has fraudes

(a) *Gal. V. 19. 20.*

fraudes cavere suos tristissimus docuisset. Cui enim offendiculum ponebatur, ipso non ardente, ægerrimeq; id non ferente? (a) Qvare diris idem devovet qvemcunqve, aliud Evangelium prædicantem, qvam ipse prædicavisset, (b) posse præter CHRISTUM aliud salutis fundamentum poni, pernegans. (c) Bene Hieronymus: *Periculum est in Ecclesia loqvi, ne forte interpretatione perversa de Evangelio CHRISTI fiat Evangelium hominis, aut, qvod pejus est, Diaboli.*

Qvo autem modo *contentio* & *invidia* nonnullos ad annuntiandum CHRISTUM concitare potuerint, de eo disseruit *B. Schomerus*, ut solet, acute ad h. l. hæc verba: *Ob invidiam & contentionem: Potest*, inqvit, *id triplici sensu intelligi, vel qvod cuperent sua nunc diligentia eminere, cum Paulus carcere detentus officio fungi non posset, atqve sic ejus qvondam gloriam in se derivare, vel qvod invidi cuperent exacerbare Prætorem contra Paulum, cum videret, tanto zelo hanc doctrinam propagari, ut in ipsum, qvasi ejus turbæ auctorem, animadvertat.* (d) *FINEM*, qvem sibi propositum habuerint iidem sanctuli verbi Præcones, explanaturus Schomerus, ad vocem θλίψιν hæc habet: *Hæc adversitas iterum duplici sensu possit exponi, vel qvod putent, Paulum inde animo cruciari & sibi detractum dolere, qvod alienæ gloriæ accedit; vel qvod putent, ipsum inde durius habitum iri à Prætore. Noluit qvalemcumqve hanc invidiam apertioribus verbis explicare, vel qvod non opus esset, ut id scirent Philippenses, vel qvod ex Epaphrodito, harum latore, ulterius id discere possent.* Hactenus *Schomerus*. Neqve igitur ego in his exponendis

(a) *2. Cor. XI. 29.* (b) *Gal. I. 8.* (c) *1. Cor. III. 11.* (d) *In Exegesi Epistoll. Paulinarum.*

nendis occupabor, satis ex dictis liqvere ratus, *nihil esse tam bonum, nihil tam sanctum, qvod non à male sanis ad malos fines adhiberi possit; neqve ad animi puritatem, sanctitatemve probandam sufficere actionum sanctitatem, propterea qvod jam Apostolorum etate nonnulli verbum DEI locuti sunt, CHRISTUMq; annuntiarunt, non sincere, sed ut vincti JESU Ministri calamitatem augerent.*

At enim vero longe miserabilior est hodie rei Christianæ facies, ex qvo illi, qvi Pseudo-pietatis culpa & Ecclesiæ malo *Pietistæ* audiunt, non solum pietatis & ejus egregie promovendæ specie, varios errores, DEI verbo omnino adversantes, dolor! impune disseminant voce & scriptis, sed etiam ad hunc finem melius obtinendum freqventem SS. Bibliorum usum adhibere cœperunt. Hinc præter consvetos conventus in templis videbantur privata Collegia Biblica instituenda, qvæ etiam Pietatis audiunt, & Biblia corrogatis sumtibus crebrius, qvam antea factum erat, imprimenda, ut vilissimo precio in complurium manus & amplexus vere divinus liber veniret, ad lectionem diligentem ejusdem multis precibus & rationibus sollicitandorum. Qvis non egregia hæc bene de Ecclesia & ipsa Pietate merendi studia existimet amanda & collaudanda? Cæterum cum & libri eorum, qvi supra vulgus Pietistarum eminent, gravissimis erroribus scateant, & Discipuli illorum, qvi viva voce sua commenta ingerere suis malunt, qvam cordatiorum judicio scripta exponere, longe pestilentissimo consilio vaferrimorum hominum, per orbem errent, perniciosis opinionibus referti; illi, qvi ab immutabili DEI

verbo

verbo latum ungvem discedere religioni sibi ducunt, rati, CHRISTI obseqvio, non stultitiæ, captivam ducendam esse rationem, imperare sibi, ut credant, non possunt (a) Divinæ veritatis & independentis veræ pietatis amore lectionem Bibliorum vulgo suo à Pietistis principibus tantopere commendari, præsertim cum ipsi comendatores alia omnia potius, qvam veritatem in Scriptura latentem, & patentem cuivis, absq; studio partium eam legenti, qværant & investigent, nefandis opinionibus monstrosi. De qvo qvi hodie inter nostros dubitat, illum nihil oportet *Thomasianorum*, *Dippelianorum*, *Arnoldinorum* aut similium librorum legisse, aut nihil cum illis, qvi ex Pietistarum scholis dilapsi sunt, versatum esse; ita, jam larva detracta, miseri se prodiderunt sorices. Habent vero istud SS. Bibliorum studium Doctores Pietistarum non modo cum vere Lutheranis commune, sed etiam cum Reformatis, Pontificiis & aliis hæreticis, qvi id agunt sedulo, ut sui suos errores ipsis sacris literis palliare condiscant. Et Reformati qvidem id operam dant imprimis in freqventibus Catechesationibus; qvibus qvi ex nostris interfuerunt, maxime in Fœderato Belgio, mirantur hominum, etiam plebejorum, in SS. Bibliis promtitudinem atqve invidendos profectus. Barclajus Qvakerismum in suo Catechismo *ipsis Scripturæ verbis* (perversis autem) defensitavit. Pontificii, qvamvis Bibliis re ipsa nihil tribuant, nec ad Bibliorum lectionem admittendos existiment, nisi de qvorum pertinacia in erroribus satis constet, taman diu est, cum videri

(a) 2. Cor. X. 5. Matth. X. 16.

videri voluerunt de S. Scriptura honorifice & pie sentire. (a) Etenim jam ante qvadraginta annos Herbipoli liber prodiit, titulo: *De Qvæstione: Ubi scriptum est?* cujus auctori Anonymo propositum fuit probare, omnes Catholicorum sententias scripturis fundatas esse, minime vero Acatholicorum, (qvo nomine Lutheranos appellat) qvem librum, qvamvis mole exiguum, dignum tamen refutatione judicavit B. Laur. Lælius in *SCRIPTURA LOQVENTE.* Moderni autem Pontificii, imprimis Galli, plane à majoribus degenerasse videntur, imo pietate illos multum antecellere. Cum enim lectionem Bibliorum pernicioſissimam Laicis pleriqve omnes antiqviorum Pontificiorum pronunciaverint, (b) hodie Pontificii Galli multis argumentis lectionem eorundem omnis conditionis & sexus hominibus commendant, causati falso, (c) *lectionem Bibliorum Patrum ætate tantum ob falsitatem versionem & adjectarum Notarum prohibitam fuisse.* (d) Sed enim latet angvis in herba; nam Biblia illa, qvæ legenda omnibus promiscue commendantur, typis impressa primum Anno 1701. Parisiis & Anno 1702. Bruxellis, sunt ipsa vulgata versio, qvam cum omnibus suis erroribus è Latina in Gallicam lingvam transfunderunt, & præterea additis Notis ita corruperunt, ut rudes lectores Pontificiis erroribus implicentur potius, qvam eripiantur. Vid. Unschul. Nachr. Ao. 1702. *p.* 466. Ubi etiam de P. Brunetti Manuductione ad S. Scripturam & similibus Libris Pontificiorum, qvi ad Scri-

(a) *Vid. Conc. Trid, Sess. IV.* (b) *Vid. poss. Hotting.* Wegweiser *Scherz. System. p. 29. seq.* (c) *In Journal des Savans Tom. I. p. 235. Anno 1702.* (d) *Conf.* Unsch. Nachr. *Anno 1702. p. 711.*

Scripturæ lectionem adductis ipsos errores suos perfida ipsius versione & fallacibus Notis inurunt, diabolica hac fraude singularem Pietatis laudem meriti, qvod præter, imo contra, Majorum instituta & lectionem Scripturæ permittant omnibus, salutis æternæ amantibus, & ad intelligendam eam egregias, scilicet, Notas subministrarint.

Prolixiori hac Præfatione muniendi videbamur L. B., ne qvis singularis occupatus specie Pietatis impetu præcipiti institutum meum damnet, cujus jam rationem exponam. Edidit *D. Joh. Reinhardus Hedingerus*, Sereniſſimi Ducis Wurtenbergici Concionator Aulicus & Consistorii Consiliarius, jam defunctus, in vernacula lingva & forma Octava, qvam vocant, Novum Testamentum cum suis Notis, Anno 1704. Stutgardii typis impressum & ab ipso ita inscriptum: Das Neue Testament unsers HERRN und Heylandes JESU CHRISTI / nach der Uberſetzung des seeligen Herrn D. Martin Luthers / mit ausführlichen Summarien / richtigen Concordantien / nöthigen Auslegungen der schwereſten Stellen aus gedachten D. Lutheri Rand-Gloſſen und anderer bewehrter Lehrer Anmerckungen genommen; nicht weniger mit Schrifft- und Capittel-mäßigen Nutzanwendungen / zur Lehre / zur Straffe / zur Züchtigung in der Gerechtigkeit / behörig / reichlich verſehen / und nach den beſten Exemplarien von vielen eingeſchlichenen Fehlern ſorgfältig corrigiret und gebeſſert; GOTT zu Ehren und ſeiner Kirchen zu verhoffender Erbauung. Nihil poterat his dici ad laudem ornatius, nihil ad commendandam lectionem

libri efficacius. Ipsa enim Versio dicitur esse *B. Dn. Lutheri* qvem hîc Lutheranis nominasse, erat ipsam laudasse, qvæ exhibebatur, Versionem; *Summaria* singulorum Capitum dicuntur *plena & perfecta*, adjectæ Notæ vero *difficillimorum locorum expositiones necessariæ*, imo in Superlativo Gradu, ut in Dedicatione earum Auctor mentem exposuit, maxime necessariæ (mit den nöhtigsten Auslegungen); qvasi iis Ecclesia diutius carere neqvaqvam possit, nec ipsarum desiderium ullo modo ferre. Perhibentur vero eædem desumtæ ex *Glossis Marginalibus laudati D. Lutheri & aliorum probatorum Doctorum observationibus*, ut nihil istis Notis contineri credas, nisi Luthero & ejus vestigia insecutis Doctoribus comprobatum. Nec minus dicuntur singulorum capitum Usus (novo vocabulo, Nutzanwendungen) larga manu dati (reichlich) *Cum Scriptura convenire*, observatis, qvæ *2. Tim. III. 16.* Lectori Divinæ Scripturæ præcipiuntur, nisi qvod numerus Usuum nostro videbatur contrahendus, uno eorum, qvi in commonstrato dicto Apostolico continentur, nescio, qva de causa, omisso. Ne qvid vero commendationi libri desit, adjicitur, in ipso ad optima *Versionis Lutheranæ* Exemplaria omnia expressa esse diligentissime, cum alia Exemplaria erroribus abundent, qvi ad huc oculos Editorum & Lectorum fugerint. Illa vero est egregia rei commendatio, qvæ cum contemtu aliorum conjuncta est! Sed & fines optimi præferendi erant, *DEI gloria & Speranda sanctioris cœtus ædificatio.* Hæc singula in subnexa ad Lectorem Præfatione explanantur ad confirmandos, qvi insigni titulo libri allecti erant, emtores & securissimos redden-

reddendos Lectores, ut omnino credant, adducendos, se longe puriſſimam legere Lutheri Verſionem & ad ἀρχέτυπον seu Originalem Lutheri Verſionem, Manuſcriptam, exactam, qvæ Græco Textui optime reſpondeat. Vid. verba: **Damit aber der Chriſtliche Leſer ꝛc.** Cum tamen nullatenus eam nomen Lutheri verſionis mereri, cuivis ut pateat, infra effecturus ſim. Plurimum autem ad libri commendationem faciunt hæc dictæ Præfationis verba: **Allein Uberſehen aber/ was die Auslegung belanget/ möglichſt und treulichſt vorzukommen/ haben drey liebe Herren und Freunde/ meine alleſamt wertheſten Amts-Brüder in Chriſto auff mein gezieme des Anſprechen die Mühe übernommen/ alles wol und bedächtlich durchzugehen: darum geſchehen/ daß/ weilen eines und anderes/ ſo zu endern/ oder mehr zu erläutern wäre/ beobachtet worden/ manetliche ſehr nützliche Anmerckungen am Ende angeſchloſſen.** Supponit enim ipſorum Auctor, in ſcriptis a ſe nihil erroris eſſe, niſi tale qvid, qvod παράραμα appellari mereatur; ſiqvidem vocem **Uberſehen**/ majusculis literis exſcribendam curavit. Deinde perſvaſos eſſe jubet lectores, collata opera tantum præſtitum eſſe, qvantum ab hominibus poſſit, ad cavendum qvicqvid eſt erroris, item tres iſtos laborum ſocios in omnibus ſibi conſentire, iis modo exceptis, qvæ ſcripta ſunt in obſervationibus, calci libri adjecta, nomine: **Etliche ſo nothwendig als nützliche Anmerckungen.** Ad Uſus (**die Nutzanwendungen**) qvod attinet *P. Qvenel*, qvi edidit *Reflexions Morales ſur le nouveau Teſtament*, nominandus videbatur, ſed *Salomonis Glaſſii* Manuale Biblicum

(Bibliſches Handbüchlein) prolixitatis accuſandum; nemine Noſtratium, qvi ſimilem Eccleſiæ operam navaſſet, nominato, ut, qvam neceſſariæ ſint ſuæ Notæ, populum doceret. Nec *Sanctitatis ſpecie* caret, qvod in locis difficilioribus, iisqve primariis, *plena* cuivis lectori relicta dicitur, *judicandi libertas*, qvoties Scripturæ una plures propoſitæ ſint interpretationes; ita enim intelligenda puto ſubobſcura Hedingeri verba: Wo aber an gewiſſen Haupt-Stellen/ bey erhellenden Zweiffel zwey oder mehr Meinungen angezeigt werden müſſen, hat man meiſtentheils ſein eigen Urtheil auffgeſchoben/ und damit dem Chriſtlichen Leſer völlig überlaſſen. Darum/ wo A. ſtehet: bedeutet es **Andere**/ verſtehe/ **legens anders aus.** Qvid vero hîc artis lateat, deinde exemplis oſtendetur. Tandem dictæ Præfationis notari velim hæc verba: Wo der Text expreſſiver im Griechiſchen/ als Teutſchen/ oder auch etwas unterſchieden war/ NB. wie denn keine Sprache die andere volkommenlich/ zumalen von Wort zu Wort/ ausdrücken kan/ hat man es hiengeſetzt mit dem Buchſtaben G. oder Gr. Propter ea, qvæ poſt hæc monenda erunt, probe obſervanda eſt hæc nova ſpecies Verſionis Lutheri nihil mutatæ, niſi qvod vocum ἐμφασις qvæ *nulla alia lingva exprimi* poſſit, in Notis vel Gloſſis adjecta compareat, inſignita litera G. vel Gr. Qvare Notarum & Præfationis Auctor nec Lutherum incuſat negligentiæ, aut cujusqvam gravioris criminis, & credi vult a Lectoribus, ubi datum ſignum G. vel Gr. non compareat, ibi ne ab ἐμφάσει qvidem Græci Textus qvicqvam abludere, qvæ a ſe exhibeatur,

tur, Lutheri Versionem. Postremo & sua Auctor & Correctoris operarum, & ejus, qvi impensas fecit, Bibliopolæ studia in tantum extollenda putavit, ut præ omnibus reliqvis editionibus primas suæ ipse decreverit. Hæc hedera adeo vendibilem hunc librum fecit, ut Anno MDCCVII. *Bremæ* denuo prelo committendus fuerit, non sufficiente emtorum desideriis prius impressorum Exemplarium numero. Cæterum fatetur novæ Præfationis Auctor, ea, *qvæ potissima sint* in hoc, de qvo agimus libro, plurimorum precibus expetita, nempe *Præfationes in singulos N. T. Libros, & usus singulorum Capitum in priori tantopere laudata Editione*, justo minoribus typis ita maculose excusa esse, ut lectionem fastidire cœperint *plebeji & rudes homines, qvorum, doctiorum non æqve, profectibus sacris consulere debeat ex Auctoris instituto Glossatum Testamentum*, ideoqve tollendos fuisse hos PriorisEditionis errores. Qvæ ingenua confessio licet superioribus laudibus & fidei buccinatoris nonnihil detrahat, tamen *optima illa meliorem* hanc alteram emturis facit Editionem N. T. Glossati & præstantiori præstantissimam, præsertim, cum omnia *rudis plebis* causa facta esse affirmetur. Qvem finem si serio *D. Johanni Reinhardo Hedingero* propositum fuisse, credant non apellæ Davi, qvis non optima qvæqve a tanto piissimi viri ingenio sibi polliceatur? Qvis nonadmiretur, imo stupeat Aulicis & principibus viris apta dicturum vel scripturum, cum, qvæ in edito ab ipso N. T. comparent, qvem vis Oedipum vel sola verborum sublimitate & novitate lassare possint? Non diffitentur id, qvos exoratos habet Observatores, doctissimi viri, qvi

in Obſervationibus ſuis plus ſimplici vice Auctorem Notarum & Uſuum obſcuritatis poſtularunt.

Indicavi hactenus *ſpecies*, qvibus cum varia eruditione Pietatem ſuam ſpectandam præbuerat Hedingerus: Cæterum iis prohibere is non potuit, qvo minus liber ſuſpectus cordatioribus fieret. Nam *B. Dn. D. Veielius*, qvemadmodum comperta mihi exponere dignatus eſt, Magnif. Dn. Præſes meus, ſanctiſſimum Novi Teſtamenti librum tot & tam nefandis erroribus ab Hedingero fœdatum eſſe, adeo indigne tulit, ut mœrore confectus, qvæ contra illos ſcribere conſtituerat, Eccleſiæ non reliqverit, morte deſiderium Viri præveniente. Juſſi itaqve a Sereniſſimo Nutritore Dnn. Theologi Tubingenſes poſt Priorem Editionem, ſuum de Hedingeriano opere judicium ferre, in partes tracti ſunt; ſed duos tamen, notatis erroribus non paucis, ea libertate, qvæ viris Theologis digna eſt, contra Hedingerum pronunciare auſos eſſe, cognitum habeo atqve exploratum. Et Theologus Conſumatiſſimus *Dn. D. Fœrtſchius* qvidem, brevi poſt Jenam in Beatiſſimi Præceptoris mei locum conceſſit, rite vocatus, & videns, ſe late in Wurtenbergicis terris graſſantium Fanaticorum multitudini reſiſtere non poſſe. Uti vero celeberrima Salana de magno hoc Theologo ſibi merito gratulatur, ita Wurtenbergici demum, amiſſo illo, intellexerunt, qvalis Religionis auctor Hedingerus fuerit. Siqvidem furores Pietiſtici non multo poſt graviſſimo Edicto Wurtenbergico coërcendi fuerunt. Cujus repetitam Copiam nuper fecit Præſes noſter, in Recepiſſe der Hälli-

ſchen

schen Theol. Facult. gegeben. Meritis suis Clarissimi Dnn. Auctores der unschuldigen Nachrichten / A. 1706. p. 43. seqq., pro optima utilissimi instituti ratione in Hedingeriano opere complures errores indice digito monstrarunt potius, qvam refutarunt, neqve ab iis tres illos Dnn. Observatores immunes fuisse, significarunt. *Dn. D. Zeltnerq* (cum qvo lætq memini, me ad pedes æterna memoria digniſſimi Præceptoris, *D. Baieri*, nec non Cl. *Dn. Danzii* Jenæ residere) licet non minimam laudem Novo Testamento Stutgardiensi (a loco, ubi vitam hujus fœtq Pater, *D. Hedingerus* degebat, appellatione tracta) tribuat; tamen *Hedingeri exemplum*, affirmat, *suis Nævis non carere, & adjectas explicationes* MAXIMAM PARTEM *præstantissimas esse*, (a) voce NÆVIS forte etiam alio sensu accepta, qvam accipitur, ubi de illis, qvæ in Lexicis & a Typographorum diligentia jure desiderentur, agit p. 104. sub finem §. X. & initium §. XI. ne pestilentissimi errores, qvibus abundat Stutgardiense Nov. Testamentum, cum qvalibuscunqve defectibus male confundantur. Siqvidem laudatus Zeltnerus *Reizium & Trillerum*, contra qvos, novæ Versionis Bibliorum conditores, in dicta Dissertatione sua optime egit, scandali, gravissimi in Divino judicio criminis, recte arguit hoc solum nomine, qvod B. Lutheri Versionem plebi Christianorum suspectam reddere uterqve allaboravit; a qvo crimine Hedingerum absolvi non posse, res ipsa loqvitur. At vero SUMMÆ VENERABILIS PATER, DN. PRÆSES MEUS, solide (b) sustinuit in libello suo, Ecclesiæ utiliori,

(a) *Dissert. Theol. de novis Bibliorum Versionibus non temere vulgandis p. 103. §. 11.* (b) *vid. Gal. III. 1.*

liori, qvam pro numero foliorum, & meam laudem excedenti, qvem inscribit p. 17.: Bericht vom Pietisten/ scapham scapham dicere & ad Qv. V. **Es gehen ja die Pietisten mit der Bibel so fleißig üm/ sie machen durch so viel** Editiones, **daß sie einem jeden in die Hand kommen/ so muß ja ihr Glaube Bibel-mäßig seyn?** Inter alia his verbis respondere: Sie (die Pietisten) bringen die Bibel dessentwegen unter die Leute/ daß ein jeder nach seinen fanatischen Sinn/ eigenen Willen und Gutdüncken selbige erkläre. Worzu sie ihnen mit denen Schwermerischen Glossen angenehme Gelegenheit bieten. Also ist die Uebersetzung des Neuen Testaments des/ für seinen Ende vom Pietisten bezauberten Hedingers/ an das Tage-Licht gekommen. In qvibus verbis id imprimis observandum puto, pessimum Pietistarum Doctorum finem, qvem in divulgatione speciosa SS. Bibliorum spectent, colligi ex ipsorummet, qvi Editores Bibliorum sunt, erroribus, qvos non extirpatos, sed latius fundi & in suorum animis confirmatos velle, cum cognita ipsorum pertinacia neminem dubitare sinat, tamen a Notarum Biblicarum Scriptore id consilium omnium luculentissime expromi. Qvod vero *sub finem vitæ a Pietistis fascinatum esse Hedingerum*, scribit Magnif. Dn. D. Mayerus, id eo pertinet, qvod Hedingerus esse desiit Hedingerus, qvovis Chamæleonte mutabilior. Nam Giessæ cum Doctoris munere fungeretur, qvanto impetu Pietistarum errores destructum iverit, intelligere est ex ipsius Disputationis *de literis commendatitiis*, qva A. MDCXCIX. Academiæ valedixit, Corollariis XI., qvibus

qvibus plerosqve eorum errores ita acriter impugnavit, ut non prius videretur bona pace dimittendus, qvam publice Academiam, in qva ad huc vixerat, heterodoxiæ suspicione liberasset. Sed delatus in terras Wurtenbergicas, biennio post libro edito: Christliche wolgemeinte Erinnerung der lieben Jugend/ die Lehre von der Gottseligkeit betreffend/ nec non in ipsius Testamenti A. MDCCIV. evulgati Notis atqve Usibus longe diversa ab illis, qvæ Giessæ defenderat, docere cœpit. Qvod ut exemplis ostendam, primum & ultimum apponam Corollarium; qvorum illud ita se habet: *Verbum DEI efficaciam internam non amittit, qvamvis a profano Ministro, hypocrita, Diaboli mancipio, verbi gratia, Bileamo, proponatur.* Hoc vero his concepit verbis: *Spirituales sua opinione, qvi alios libenter judicant, contemnunt, tanqvam carnales traducere & calumniari passim suum opus esse existimant, eopse profitentur, se esse hypocritas, impostores, carnalibus Carnaliores.* Cum illis vero, qvi potest conciliet, qvæ scripsit Hedingerus, repente Pietista factus, in libro citato: (a) Alles/ was ein gottloser Lehrer thut und beginnet/ ist voller Fluch/ und auch das an sich gute/ da er etwa einem andern folget/ der besser ist/ als er. Es mangelt ihm an der Weißheit die von oben ist/ und er erkühnet sich zwar der krancken Schule und Kirchen zuhelffen/ weiß aber mit der Artzeney und guten Raht nicht wol und nützlich umzugehen. Geräht es/ so ist es GOttes himmlischer Regierung und der Krafft des Wortes/ mit nichten aber ihm/ dem Prediger/ zuzuschreiben/ der als fleischlich und unter die Sünde verkaufft/ von nichts/ was geistlich ist/

(a) Christl. wolgemeinte Erinner. p. 44.

geistlich richten kan. Hujusmodi *Donatistarum*, qvibus pollicem *Pietiste* premunt, flosculi complures in Hedingerianis Novi Testamenti Notis & Usibus comparent, nec pauca inconstantiæ indicia, tanto viro indignissimæ. Nihilominus *præter Hallenses* Dnn. Theologos (*a*) inventus est non nemo, qvi sumto *Germanici Theologi* nomine in Epistola ad Prussiacum Theologum, pariter anonymum, Hedingeri causam suscepit, multum, sed frustra, de injuria, qvam *Dn. D. Mayerus*, Hedingero intulerit, conqvestus.

His commota Summe Reverenda Facultas Theologica Gryphiswaldensis, pro argumento Inauguralis Disputationis, negotium mihi dedit, ut in N. T. Stutgardiense, a *D. Joh. Reinh. Hedingero*, editum, accuratius inqvirerem, & qvæ in illo libro Divinæ veritati veræqve Pietati adversentur, brevi exponerem liberiusqve. Cui mandato ut refragarer, impetrare a me non potuit ingens species, qvam undiqve conqvisitam magni nominis vir, *Dn. D. Hedingerus*, institûto suo præfixit; nam & *CHRISTUM a male feriatis fratribus ad explendam invidiam, nec pure, annuntiatum esse*, Phillippensibus suis memini Apostolum ostendere; qvi nec seniori qvidem Apostolorum parcendum putavit, sua hypocrisi alios seducenti. (*b*) Non igitur ab illa obseqvii gloria me abstrahunt, qvæ, cum viveret, Hedingerus in Præfatione posuit terriculamenta: Siqvidem nec mortuum oppugno, sed errores, qvi post mortem auctoris eorum longe lateqve sparsi plurimis nocere nondum desinunt.

Qvo

(*a*) *vid.* Verantwortung gegen Hn. D. Mayers Bericht, *p.* 60. *seq.*
(*b*) *Gall. II, 13.*

Qvo circa *tres illos Dnn. Observatores*, qvos ad cavendum omnem errorem attentos esse voluit amicissimus ipsis *Hedingerus*, oro & obtestor, omnem, qvem non cognitorum meritis debeo cultum & amorem præfatus, ac pollicitus, ne male accipiant, me interdum in ipsorum Observationibus & silentio non acqviescere, & qvod contra magnum Hedingerum suum veritatis causa sibi licere crediderunt, ejusdem juris pro eadem ut non nihil mihi permittant; præsertim, cum videant, qvam parum iis, qvæ monuerunt, profecerint, omnibus erroribus in altera Editione repetitis, & Hedingero in plerisqve omnibus pertinaciam suam profesto. Perpendamus Alloqvii ad Lectorem, Observationibus subnexi, hæc verba: Etliches/ inqvit, findest du hier/ darin ich einen begangenen Fehler zuerkennen/ und dahero einige Glossen zuändern/ aber auch zwey oder drey/ also gar wenige völlig auszumustern habe/ weil der irrthum klar und die spuhr der gegenseitigen warheit in den Anmerckungen zu finden. Dahin gehöret die Glosse 1. Cor. 9. 6. die auff Lutheri falscher Version beruhet/ so ich/ wieder meinen Brauch an diesen Platz nach den Grund-Text nicht geprüfft. Ex qvib9 & seqventib9 verbis qvi pertinaciam hominis animiq; tumorem non intelligit, is nescio qvid intelligat. Id enim tandē suis Observationibus effecit Dnn. Observatorum triga, ut in tanto exercitu, qvem Hedinger9 Dux conscripserat, *duos*, vel, *summum tres* numero, id est, (ne qvisqvam ignoret, computo forte falsus, *pautissimos*, reprobari, permissurus sit, ita tamen, ut ipse culpa careat tantum non omni, cum alter vel unus istorum detestando Lutheri Versio-

nis vitio irrepserit. Fucus vero est malæ notæ Aulicis, vel, si mavis, Pietistis, dignus, Observationes dilaudare, *utilissimas juxta ac necessarias* eas prædicare, nihil autem qvicqvam iis ipsis moveri.

De cætero permissa mihi a *Devenerandâ Facultate* agendi libertate, cum cognitio totius libri D. Hedingeri modum *Dissertationis meæ* excedat, ratus, Specimen errorum sufficere monendo lectori, & redarguendis Hedingeri defensoribus, intempestive sedulis, constitui potissimum vestigia *Magnifici Dn. Præsidis* seqvi in dem Bericht von Pietisten, *secundum optimum ordinem Qvæstionum illius & rerum Theologicarum*; qvo tandem illuceat, *qvinam errores Pietistici in N. T. Hedingeriano lateant*: Qvo facto pronum fuerit respondere auctori Epistolæ anonymo pro Hedingero scriptæ. Cæterum cum totum librum Hedingeri accurate perlegere, per Scholæ & Ecclesiæ labores, continuos fere, mihi non liceret, operæ compendium facturus, maxime in illis occupatus fui, qvæ ab Observatoribus tacta sunt, nisiqvod librum Hedingeri volvendo & revolvendo interdum etiam in alia incidi. Nunc expositis, qvæ ad cognoscendum ingenium Auctoris & ipsius libri naturam præmonenda videbantur, DEO benigne me juvante, datum negotium ita exeqvar, ut ne veritati defuisse videar, qvi ne dictum qvidem volo, qvod Scripturæ Sacræ, aut inde erutis Ecclesiæ Symbolis ullatenus repugnet, lenitati etiam suum locum relicturus, nisi ubi rei refutandæ indignitas aliqvid indignationis mihi extorserit. *Sic per cœlestis Patris efficacissimam gratiam pie omnia fient & feliciter! Fiat!*

De

DE *Pietistarum Natura, Differentiâ, Nomine, & reali existentiâ culpâqve non fictâ*, agit ad qvatuor priores Qvæstiones summe Venerabilis Dn. Præses, (a) tanqvam in procemio; qvibus adversum, qvod sciam, in Hedingeriano Testamento nihil reperitur: Sed ad Principium Theologiæ, vel Locum de Scriptura S., ubi deventum est, duce Qvæstione V., ibi vero complures errores ex isto libro Hedingeri notandi veniunt. Primo mirari subeat, & vereor, propter incredibilem impietatis magnitudinem, ut fidem faciam Lectoribus, scribens, *dubiam reddi, imo negari, a D. Joh. Reinhardo Hedingero Bibliorum Divinitatem, atqve inde continuo nexu dependentem eorundem infallibilitatem*; sed videamus oculis impietatem, postqvam Dn. D. Mayerus eam in aliis Pietistis, qvi cum Bibliorum amore æqvalem Pietatem ostentant, jam deploravit. (b) Hedingerus vero, cum unus Dominorum Observatorum qvæsiviſſet, ad *Joh. XIII. 30.*; utrum Judas Iskariotes institutæ Cœnæ Sacramentali interfuerit, particepsq; redditus sit epuli sacri, nec ne? respondit: Ich halte es mit denen / die Judæ Abtritt vor nicht nach dem Abendmahl setzen; NB. **Maßen Lucas / ob er gleich sonsten der Pünctlichkeit lob hat / nicht / wie Matthäus / bey den letzten mahl gegenwärtig gewesen.** (c) De re ipsa controversa infra, ubi ad Locum de S. cœna deventum fuerit, D. V., agetur, hîc vero observandum, *qva de causa Hedingerus Lucæ Evangelistæ fidem non habeat*, scilicet, *qvia is non sit oculatq rei gestæ testis, & ideo se malle, ait, Matthæi verbis subscribere, qvam*

Ad Qv. V. des Berichts.

(a) Bericht von Pietisten p. 12. seqq. Anmerckungen. p. m. 14. 15. (b) ad Qv. V. cit. (c) An-

qvam Lucæ, qvia Matthæus ipse S. Cœnæ interfuerit, Lucas non item. Non itaqve Hedingerus Sacris Scriptoribus credidit eo, qvod omnia, qvæ literis consignarunt, qva res, qva voces, immediate a DEO, qvi falli & fallere alios nescit, inspirata sint, sed qvod probabile sit, ipsos, qvi ad scribendum res maximi momenti animos applicarunt, non nisi certo cognita memoriæ mandasse, &, qvantum humano studio fieri potuerit, ab erroribus sibi caviisse. Hinc Scriptores componit & pluris ei est oculatus unus Matthæus, qvam duo auriti testes, Lucas & Marcus, uno probato, reliqvos rejicit, Scriptorem Scriptori, *Lucam Johanni*, contradicere profitetur (a), de conciliatione facili nihil sollicitus. Velim etiam consideret Lector pius & cordatus qvæ Hedingerus ad *1. Cor. XI. 25.* (in qvæ verba jam forte incido,) scripsit: D. i. der wein im Kelch. Das Wort aber wird gebraucht nach selbiger Zeiten Redens-Art. NB. Auch ist der wein oder das blut nicht das Neue-Testament (Luc. 22. 20.) sondern das gut und Siegel des Neuen Testaments oder Bundes. Deßwegen Matthäus 26. 28. und Marcus 14. 28. am deutlichsten von der Sache NB. NB. aus dem Munde Christi redet: Das ist mein Blut deß Neuen Testaments / welches vergossen wird. Ne tamen rejecti hominis, Lucæ Evangelistæ, diligentiæ nihil tribuisse videatur Hedingeri Pietas, *cætera qvidem laudem accurrati ordinis eum concedit meruisse, vel saltem aliis videri meruisse.* Ita enim intelligenda puto novæ rei convenientem dictionem: Ob er, Lucas, gleich sonsten der Pünctlichkeit Lob hat; qvippe qvam laudem latius

(a) *vid.* Gl. *ad Joh. XIII. 30. h it.* Anmerckung / *pag. cit.*

latius idem expoſuit in Præfatione S. Lucæ Evangelio præmiſſa, maxime ſub finem. Sed in eâ ipsâ Præfatione denuo Hedingerus ſuam in Sacros Scriptores Pietatem detegit his verbis: Der Augenſchein zeiget über diß von ſelbſten an / daß er (Lucas) die Lauter- und Zierlichkeit der Griechiſchen Sprache ſich mehr / als ſeine Mitbrüder / angelangen ſeyn laſſen. Si enim ſuo qvisqve, licet impari, ſtudio & ſucceſſu, lingvæ, qva ſcripſit, elegantiæ & puritatis laudem ſectatus eſt, falſum eſt, qvod Paulus ſcribit *ſe & alios Scriptores Sacros loqvi non verbis, qvæ humana ſapientia docet, ſed qvæ Spiritus S. docet;* (a) falſum, qvod dicit idem: πᾶσα γραφὴ, *Qvicqvid eſt Scriptura,* θεόπνευστον, *a DEO inſpiratum eſt,* vel, ut Syrus interpretatur, *per Spiritum ſcriptum eſt;* (b) ut intelligas, non modo conceptus rerum ſcribendarum, ſed & ſingularum dictionum, vocum, earundemqve ordinem & nexum ſanctis Scriptoribus ſuggeſtos eſſe, ut præter ſcriptionis operam ad Scripturam nihil qvicqvam contulerint, velut in calamum dictatis ſingulis verbis. Nam cum Scriptura qvælibet exaratis vocibus ita conſtet, ut ſine exaratis vocibus ne Scriptura qvidem dici mereatur, nedum κατ' ἐξοχὴν talis, ſeu excellentiſſima, vel ſola Scripturæ nomine digna; & totam Scripturam ſui originem ad DEUM referre, affirmet Apoſtolus, planiſſimum eſt, non, qvod Hedingerus fecit, ad humanum ſtudium ab eodem vocum & dictionum relatam eſſe originem, ſed ad ipſum DEUM, ut per hanc Formam a qvibuscunqve aliis libris differat Scriptura, tanqvam immobile & Divinum fundamentum

(a) 1. Cor. II, 12. (b) 2. Tim. III, 16.

tum fidei, Divinæ, non humanæ. Videtur autem, qvod pluribus accidit, Hedingerum, aliis artibus forte majorem clarioremqve, qvam Divinarum rerum scientia, dementasse perspecta stili diversitas, qvam palpabilem esse, nemo neget; sed vero diversitati ingeniorum conditionisqve & consveti singulis, qvos scribas adhibuit, dicendi generis illam dedisse, per qvandam *Accommodationem*, qvam vocant, totius sacri codicis auctorem sapientissimum, eundemqve benignissimum, pridem inter alios luculentissime docuit B. Joh. Musæus (a), etiam B. Scherzero laudatus (b). At vero qvia D. Hedingerus nec timuit Lucæ fidem per id dubiam reddere, *qvod non visa scripserit*, eo ipso θεοπνευστίαν negans, & Scriptores sanctos, Matthæum & Lucam, componit, suam cuiqve laudem tribuens, illi, *qvod visa & audita*, maxime certa, *literis consignaverit*, huic, qvod *accurato ordine pleraqve persecutus sit*; non temere existimo, proprietati superiorum verborum D. Hedingeri, absqve omni injuriæ metu, lectorem inhærere, non modo posse, sed etiam debere. Illa autem nativa sua vi non *Accommodationem Divinam*, sed nihil aliud, significant, qvam, Lucam in scribendo Evangelio occupatum, *præ cæteris fratribus*, Evangelistis, elegantiam lingvæ feliciter sectatum esse, hoc est, sua pure & nitide scripsisse, non θεοπνευστίας beneficio, sed summo suo studio id laudis meritum. Qvemadmodum autem hæc laus major est, qvam pro opera scribæ amanuensis: Ita nec *Accommodationem*, qvam statuunt Theologi, suis verbis Hedingerum indicare voluisse, ideo arbitror, qvod ex ista Accommoda-

(a) *Introd. in Theol. p. 262. seq.* (b) *in System. p. 8.*

modatione non licet simpliciter habitum stili cujusqve scriptoris colligere, qvo pro se qvisqve proprio, qvod ajunt Marte, & in suis negotiis, aliqvid scripturus vel dicturus, uti consveverit. Qvo me cunqve verto, verbis ipsius salvare Hedingerum non valeo.

De cætero qvod ad illa Lucæ verba: **Nachdem ich alles von Anbeginn erkundet habe**(a) D. Hedingerus scribit: **Das erkundigen schadet der Göttl. Eingebung nichts / eben so wenig / als sehen und hören bey den andern**; sive ad retinendam pietatis speciem facit, sive inconstantiam arguit hominis, Spiritum subinde restingventis (b), sive ostendit, talem ipsi creditam fuisse Scripturæ θεοπνευστιαν, qvalem sibi finxerunt Socinus (c), qvidam Pontificii, & nonnulli Reformati, imo, qvod vehementius dolendum est, Georg. Calixtus, negantes, *singula Verba Scripturæ divinitus inspirata esse, & Scriptores sacros alicubi memoria lapsos, in leviculis rebus erravisse & præter veritatem historiæ qvædam scripsisse*, cavillantes. Vid. omnino, qvi hæc tradit, Scherzerus (d).

Imo vero eo impietatis processit *Hedingerus, Pietista, ut in dogmaticis qvoqve & rebus ipsis, qvæ ad Fidem pertinent, lapsos esse Scriptores sacros, nihil timuerit asserere*; ad 1. Joh. II. 18. *Filioli ultima hora est*; scribens: **Mag seyn / daß die erste Christen und die Apostel selbst gemuthmasset / der Tag des Gerichts werde eilender kommen / als es würcklich geschehen ist: Denn solchen Tag hat der Vater seiner Macht und Weißheit fürbehalten /** Matth. XXIV. 36. Non itaqve temperare sibi potuit unus

(a) *Luc. I. 3.* (b) *1. Thess. V. 19.* (c) *de auctoritate scriptura.* (d) *in Syst. p. 9.*

Dnn. Obſervatorum, qvin amiciſſimum ſibi Hedingerum his moneret verbis : Daß auch die Apoſtel ſelbſt haben muthmaſſen können / ob würde der Tag des Gerichts eilender kommen / als es geſchehen iſt / kann ich darum nicht geſtehen / dieweilen Paulus ſelbſt ſeinen Gläubigen dieſen Wahn zubenehmen ſich bemühet hat 2. Theſ. 2. 2. zugeſchweigen / daß man aus dieſer Conjectur (ſo fern ſie von ihrem Urheber Grotio, auch auff Paulum gezogen wird) gar leicht auff zweiffelhaffte Gedancken von der Gewißheit ſeiner Schrifften verfallen könnte / wie ihm ſolches ſchon hiebevor Cl. Sarravius im achten Brieffe / ſo den Grotianis ad Gallos angehänget ſind / fürgehalten hat. S. 2. Petr. 3. 4. Von den erſten Chriſten iſt zum Theil / wohl auſſer Zweiffel / daß ſie ſolche Muthmaſſung geheget haben. Die letzte Stunde iſt die letzte Zeit / auff welche die Verheiſſungen / ſollen erfüllet werden / die denjenigen geſchehen / welche den Willen GOttes thun / Pſ. 17. S. Eſa. 11. 2. Jer. 30. 24. Hoſ. 3. 5. Mich. 5. 1. Ebr. 1. 2. (a) Patet itaqve primo ex hoc paralleliſmo, qvid, recepto Scripturæ loqvendi modo, ſignificet ἐσχάτη ὥρα, *ultimum tempus*, *ultima hora*. Deinde omnino producta Pauli doctrina, ex *2. Theſ. II. 2.*, ita convellit impiam Hedingeri Pietiſtæ conjecturam, ut ſimul evincat, truſtra CHRISTI verba *Matth. XXIV. 36.* huc contorqveri, qvippe qvibus neutiqvam aſſeritur, etiam ab Apoſtolis ignorari debere, tempus judicii minus propinqvum eſſe. Qvanqvam hæc non eſt præcipua cauſa, qvare iſta Hedingeri conjectura admitti neqveat; ſi enim vel nihil iſtorum Apoſtoli verborum exſta-

(a) Anmerck. *p.* 50.

exstaret, tamen ad damnandam conjecturam Hedingerianam satis causæ sola Christi vox nobis præberet, polliciti, *futurum esse, ut in omnem veritatem Apostolos ducat Spiritus S.*(a) Tandem vero non modo auctoritatem Johannis, & simul cæterorum, ejusdem ordinis Sanctorum Scriptorum, facile dubiam reddit, sed etiam plane evertit ista conjectura, qvod falsas suas conjecturas sacris literis intulerint sancti DEI homines. Neqve enim ulla veritatis specie probabile est, qvenqvam Apostolorum, Spiritus Sancti donis repletorum, adversa iis, qvæ sentiebat, voce aut literis alios docuisse, vel ignorasse, qvod nostrum vulgus capit, scilicet per ultimam horam designari ultimam œconomiæ Divinæ partem. Qvod ut utrumqve absurdum est, ita nihil Hedingerum salvant, qvæ paulo ante ex scriptis subnectit verba: Doch solle man es von der letzten Welt-Zeit verstehen / darein das Neue Testament gehöret / Ebr. 9. 26. 1. Petr. 4. 7. 1. Cor 10. 11. Jac. 5. 9 cum ex ampliori hoc parallelismo, clarius pateſcat, *qvid Scripturæ stylo sit ultima hora.*

Deniqve Hedingerus *cum qvibuscumqve aliis Doctoribus eodem ordine habuisse Apostolos* Θεοπνεύστως *videtur, ad unius* Observatorum verba: So kan denn auch einer lehren / der nicht auff Schulen studiret hat? scribens: des HErrn JEsu Ordnung bleibt in alle Wege ohngestöret: Predig-Ambt auch / und die Mittel auch / mit denen darzu behörigen Gnaden-Gaben ausgerüstet zu werden / nur daß man nicht wähne / keiner möge ein nützlicher Pfarrer seyn / er habe denn viel Zeit und Brodt auff

(a) *Joh. XVI. 13.*

hohen Schulen verzehret/seinen Cursum Philosophicum ordentlich absolviret nach dem üblichen Schul-Recht. Wer that den Aposteln/ den ersten Vätern/ den Kriegs-Läufften/ dem Fall der Noth also? (a) Sive igitur Hedingero alii qvicunqve Doctores non minus, qvam Apostoli sunt θεόπνευστοι, sive ridicula ejus est argumentatio.

Postqvam vero *Scripturæ Divinam originem & infallibilitatem* negare non erubuit Hedingerus, pronissimum *eidem erat inficiari, DEUM singulari sua cura cavisse, ne qvicqvam perpetuæ huic salvandorum normæ aut detraheretur, aut adderetur, ita qvidem, ut, universali corruptione, ab hac injuria nullus codex immunis esset.* Hinc *maxime necessariarum expositionum Auctor* Hedingerus ab uno Observatore ψευδεγμονίας accusatus, Græcum Textum erroris redarguere maluit, qvam suum errorem agnoscere: Man muß/ inqvit, zuvor beweisen/ daß der Text kein σφάλμα habe (b). Tacentibus autem hîc omnibus, qvos qvidem videre mihi licuit, diligentissimis in colligendis variantibus lectionibus Viris, in medio relinqvo, qvale σφάλμα supponat Hedingerus, typographicumne, vel scribarum, an ipsius Petri θεοπνεύστου: Supposita *erroris universalitas* impietatem Hedingeri satis superqve declarat. Idem Hedingerus ad Jac. IV. 6. hæc habet: Daß aber GOtt Gnade gebe/ beweiset er (Jacobus) mit einer andern Schrifft/ welche aber nach der Zeit erst mag durch eine NB. spâte Hand eingerückt worden seyn/ aus 1. Petr. 5. 5. Ut de eo nihil dicam, non cohærere, Jacobum probare assertum dicto Scripturæ, qvod demum diu, forte multis seculis post, a morte ipsius Jacobi, epistolæ ab alio

(a) Anmerck. p. 30. 31. (b) Anmerck. p. 42. ad 2. Petr. I. 3.

alio qvopiam insertum sit (nach der Zeit durch eine spätе Hand eingerücket) vulgo nostro non solum notanda est dictio nova: durch eine spätе Hand eingerücket/ sed etiam res ad hanc ætatem inaudita, *Scripturæ S. qvædam assuta vel inserta esse humano studio.* Monitus autem de hac criminatione ab uno Dnn. Observatorum his verbis: Daß etwas eingerücket sey worden / ist gefährlich zu sagen: Hedingerus respondit aperte: O nein! daß gibt den Spinosisten / Atheisten und Gottlosen einen schlechten Deckel ihrer Verstockung / NB. sie sind / was sie sind / und bleibens ohne dieses. Im Pentateucho sind verschiedene Wörter von den Copisten notorie, item in Chronicis, etliches eingeschoben; was schadets/ so in einer von allen nicht geachtet gewesenen Epistel dergleichen geschehen? ꝛc. (a). Hoc igitur probatum vult jam Spinosistæ propior, qvam Pietistico hypocritæ, Hedingerus, *qvia*, qvod impiè supponit, *unus alterqve liber, Scribarum vitio corruptus sit, idem cæteris qvoqve accidisse vel accidere potuisse, sine periculo affirmari posse.* Porro autem ex *loco parium* argumentaturus, persvadet rudioribus, non magis à DEO S. Scripturæ libros curari, qvam alios qvoscunqve, nullo pro Divinitus inspiratis singulari providentiæ loco relicto. Qvodsi epistola Θεόπνευστος ideo injuriis opportuna dicenda est, qvod non omnibus cordi ipsa fuit, sane totus Codex sacer nihil certo sani habere dicendus est, qvia eum nullo non tempore pauciſſimis, etiam in populo DEI, re vera cordi fuisse, cum historiâ sanctorum hominum, qverelæ clamitant.

In tam manifesta impietate tamen suam, qvam

(a) Anmerck. p. 52.

sumsit spartam, ornaturus Hedingerus, superioribus verbis hunc allevit fucum: Niemand soll die Larve schröcken der Aergerniß. Christus selbst muß ein Aergerniß seyn / allen Welt-Hertzen und Verkehrten / ein Stein / daran sie sich zerschöllen / wie an andern Sachen / z. E. der Einfalt des Worts / vielen Schein-Contradictionen / ꝛc. damit sie / als Natur-Weise zu narren werden / spornstreichs zum Teuffel fahren / und sich ja nicht bekehren (a). Putat igitur Hedingerus, illum, qvi fontium incorruptam puritatem neget, adeo nullum rudi populo offendiculum ponere, ut ab innocentia Christi, qva sua culpa scelerati homines offensi sunt, prope absit; &, ut suis maxime pius esse ne desinat, strenue in aliorum hominum sanabilem impietatem debacchatus, æternis eos cruciatibus addicit; qvod est vivum veri Pietistæ exemplar.

Qvare etiam videri tandem voluit Hedingerus, credere, ita pro Scriptura sua vigilasse DEUM, ut prorsus nihil eorum, qvæ qvidem sua manu pinxerint sacri Scriptores, perire potuerit, nec eorum qvidem qvicqvam, qvod ad ornatum sacrarum literarum pertineat, non ad substantiam Scripturæ; qvapropter ad Matth. V. 18. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου ἕως ἂν πάντα γένηται, qvæ suis Germanis optima fide B. Lutherus in vernaculam ita transtulit: Ich sage euch warlich / bis daß Himmel und Erde zergehe / wird nicht zergehen der kleineste Buchstab / noch ein Tittul vom Gesetze / bis daß es alles geschehe; Hedingerus adjecit, & qvidem ad vocem Tittul / seqventia: Eine Redens-Art / die Pünckt-

(a) Anmerck. l. s.

Pünctlichkeit des Gesetzes anzudeuten / daß zu theuerst kein Zierath vom Buchstaben zu Grunde gehen soll / ohne daß dem Moral- und Kirchen Gesetz das wenigstean genauer Vollendung seiner Intention, beydes im Gehorsam fordern und Abbildung der künfftigen Güter ermangeln werde. Si qvid hariolando possum, *eam vulgo novus interpres persvadet, Legis Divinæ, hebraicis literis consignatæ, integritatem, & ab omni vitio immunitatem, ut ne una qvidem coronularum, qvibus istæ literæ ornari a Judæis solent peritura sit*, CHRISTO id pollicito. Qvi ad hoc tempus vixerunt Theologi, magna suffragatione hoc dictum afferunt ad perfectam & perpetuam fontium totius Sacræ Scripturæ integritatem probandam, ita qvidem, ut ex illa ne ἰῶτα qvidem ἓν, i. e., Hebraicarum literarum minima perire possit, nec κεραία qvidem μία, i. e., ne unicum qvidem punctulorum, instar animæ vitam & motum literis tribuentium : Hedingerus vero ad solam legem CHRISTI verba adstringens, ejusdemq; rigidissimam obseqvii exactionem, adumbrationemqve futurorum, non modo validissimum hoc contra Gordonum Huntlæum, aliosqve Pontificios, Capellum item & similes Criticos, præsidium nobis eripit, sed etiam re vera Mosis Legem, nec non ipsius CHRISTI verba ludibrio exponit, cum totum ἀυτόγραφον sancti codicis pridem periisse constet, nec probabile sit, tot curis distentum virum pingendis literarum coronulis vacasse, &, pro Hedingeri sententia, per istum ornatum, sive additum literis, sive omissum, qvæ in codice suo ad legem pertineant, accurate ab iis distinxisse qvæ sint Evangelii. Qvare devenerandis Dominis Auctoribus der unschuldigen Nachrichten

richten/ hæc perversio verborum Christi minime probata fuit: Wir wünschen/ inqviunt, daß bey Matth. V. 18. die Worte vom Jota des Gesetzes/ das nicht vergehen soll (die sonst ein guter Beweiß der integritatis fontium sind) zu der Bibel-feinde Frolocken von denen Kröhnchen der Hebräischen Buchstaben/ und der Schärffe und genauen Forderung des Gesetzes/ ohne einige Einführung der integritatis fontium, nicht möchten erkläret worden seyn (a).

Jam vero cum Theologi Protestantium observent, non sine DEI nutu factum esse, ut præter ea, qvæ Evangelistarum & Apostolorum manibus in N. T. θεοπνεύστως, in tanta Ecclesiæ Doctorum multitudine, tamen primo ab ascensu CHRISTI in cœlum seculo nihil scriptum extet, cui non humanæ auctoritatis vel θεϊάς inusta sit nota, qvo scilicet Divinus canon impensius coleretur; *Pietistæ novis eum incrementis adaugendum opinantur.* Qvemadmodum igitur Summe Venerabilis Dn. Præses ab Arnoldo *Epistolam Clementis & Polycarpi* Apostolicis additam esse refert (b); ita Barnabæ epistolæ plus justo tribuisse Hedingerus videtur, ut ex ipsius verbis ad *Act. IV. 36.* apparet, qvæ hæc sunt: Dieser Barnabas/ aus der Insul Cypern gebürtig/ ward ein treuer Gefehrte der Apostel/ welcher einen schönen/ NB. ob gleich gestümmelten/ Brieff der Kirchen hinterlassen. Qvare *pulchram hanc Epistolam*, in suam rem convertit unus amicorum Dnn. Observatorum, qvi in novæ & mihi certe non auditæ sententiæ, de qva mox, illius auctoritate aliqvid præsidii qværens, scripsit: Als Satan sich für

(a) *Loc. supr. cit. p. 45.* (b) *ad Qvæst. Viam n. 2. p. 16.*

für einen guten Engel ausgegeben / *Joh. VIII. 44.* da hat er sich / NB. wie Barnabas in dem überbleibsel seines Briefes redet / als einen φωσαγωγὸν, Liecht-Diener / und Führer zum Liecht angestellet / da er die arme Menschen ins äusserste Finsternis verführen wolte / *2. Petr. II. 4. Jud. vers. 6.* (a) Qvid autem de ipsa Barnabæ epistola sentiendum sit, malo aliorum, qvam meis verbis submonere, imprimis Frid. Spanhemii Filii, Viri in hoc studiorum genere, cum viveret, versatissimi: Addunt, inqvit is, alii *Barnabæ epistolam catholicam, qvam ut genuinam, post Usserium, edidit Isaacus Vossius*, hinc inde Græce mutilam ac dissimillimam priori (Clementis) stylo, argumento, allegoriis, ac mira torsione Scripturarum Propheticarum. Unde *nec Barnabæ esse, sed seqventis ævi, summa Doctorum consensio est* (b). Idem ante eum pluribus demonstravit ipsius Collega le Moyne in Animadversionibus. Et Dn. D. Rechenbergius, eam ab Eusebio *H. E. Lib. III. 25.*, inter spuria recenseri refert, sed ipse eandem in eorum numero habet, qvæ sunt *dubiæ fidei* (c). Nuper Dn. Samuel Basnage, Roterodamensium Professor, in Annalibus Politico-Ecclesiasticis, pleniſſimo opere, *Barnabæ Epistolam fictam esse*, egregie docuit (d).

Ostendit præterea ad Qv. V. n. 3. *Dn. Præses, videri Pietistis in expositione sacrarum literarum omnia ad rationis decempedam ita redigenda esse, ut nihil novi, nihil nisi qvotidianum & qvod ratione facile percipi possit, in historiis Biblicis admittatur, hoc non obstante, qvod naturalis vis clarissimorum verborum Scripturæ longe alia significet*; Sed neqve hanc periculosissimam opi-

(a) Anmerck. p. 28. (b) *Summa hist. Eccl. p. m. 42.* (c) *in Summario H. E. p. 28.* (d) *Tom. I. p. 617.*

nionem Hedingero displicuisse, inter alia inde mihi fit probabile, qvod, cætera promtissimus & rigidissimus Censor, inter *necessarias maxime & utiles observationes* admittit, qvæ ad *1. Cor. XI. 14.* commentus est unus Dnn. Observatorum; qvi cum verbis non posset nec rationibus, jurans fidem facere tentat rudibus lectoribus, *Evam a Satana seductam esse minime per occupatum serpentem, sed per occupatum aliud longe pulcherrimum animal, cujus forma boni Angeli Adamo apparere consveverit, idqve esse necessarium credere.* Non pigrabor ipsa Observationis verba adscribere, ut ex uno hoc exemplo intelligat Lector cordatus & vere pius, *qvantum contra sancta literæ proprietatem ingenio suo indulgeant novi Bibliorum interpretes.* Verba ex B. Lutheri versione hæc sunt: Er selbst der Satan verstellet sich in einen Engel des Lichts. Ad qvæ Dn. Observator adiecit sua: Hiemit wird sonder Zweiffel gesehen auf die Satanische Verstellung / da er unsere erste Eltern verführet: Da NB. muß er sich in einen Seraph und eine solche gläntzende Gestalt eines feurigen Drachen und NB. sehr schönen Thieres / in welcher sonsten die guten Engel erscheinen / und also mit Adam umgegangen / verkleidet haben / daß Eva nicht anders vermeinet / als es wäre auch ein guter Engel / der dieses mahl mit ihr redete. NB. Denn wo solche Erscheinung zum ersten mahl in blosser Schlangen-Gestalt geschehen wäre / so würde NB. fürwar Eva nicht so leicht betrogen worden seyn. Die feurige gläntzende Schlangen heissen im Wort Gottes Seraphim / und diese Nahmen führen bekandter massen auch die Engel: In solche gläntzende und den ersten Eltern vorhin bekante Gestalt muß sich der Satan vergestaltet haben.

S. D.

S. O. v. 3. Off. XII. 9. 4. Mos. XXI. 6. 8. 5. Mos. VIII. 15. Es. XIV. 29. 30. 6. und Cap. VI. 2. 6. und ist einfolglich der Teuffel ein Lügner von Anfang. (a) Citata ab Observatore scripturæ dicta nihil aliud efficiunt, qvam esse *qvoddam serpentum genus* נחשים שרפים Serpentes ignitos, & Angelos bonos itidem dici, non, נחשים שרפים Serpentes ignitos, sed simpliciter שרפים ignitos, urentes, eo qvidem sensu, qvo *Angeli DEI* dicuntur esse venti, & ministri ejus *ignis flagrans* (b). Nec vero qvicqvam aliud inde conseqvitur, qvam id, cujus summam habet monstrosus hic syllogismus.

Qvidam Serpentes sunt igniti;

Atqvi Angeli boni dicuntur igniti: E. Necesse est Satanam Evam seducturum in ea forma apparuisse, qva aliqvando boni Angeli apparuerunt.

Ducamus vero nobis religioni, in sacro negotio fallaciis ludere, cum nemini obscurum esse possit, bestia qvoq; ad suum ministerium Satanam abusum esse, cujus generi benignissimus in nostrum genus DEUS pœnam irrogavit, ut humi serpat; qvod qvidem de draconibus ignitis, volantibus, intelligi nullo modo potest. Cum itaqve ne umbra qvidem præsidii novæ observationi in Scriptura S. relinqveretur, *ad fragmenta fictæ Barnabæ epistolæ* confugiendum ei erat, cujus verba paulo ante exhibui. Qvare vero hic non exclamavit Hedingerus: Schande! daß man die Christenheit mit solchen unnützen Einfällen ärgern darff und beschweren. Qvæ ejus vox est in nova Præfatione ad posteriorem Petri epistolam, *in Virum doctum*, nescio qvem, invehentis.

(a) Anmerck. p. 28. (b) Psalm. CIV. 4. (c) Gen. III. 14.

Anteqvam ad alia progrediar, qvoniam *num. 4. ad Qvæſt. V.* Magnif. Dn. Præſes meus mentionem facit Hedingeriani Novi Teſtamenti, ringentibus adverſariis indicandum paucis exiſtimo, qvid triga honoratiſſimorum Dominorum & amicorum Hedingeri de Glosſographo ſuo ipſi cenſuerint. Ut verò, qvæ de dictionis Hedingerianæ nimia obſcuritate & mordacitate ipſi paſſim conqveruntur, cum aliis ſuo loco ex parte repetendis, jam omittam, imprimis obſervari meretur, *ab uno alterove eorum in ſui Hedingeri curis complura notari, qva cum periculo Lectorum ſint conjuncta.* Ita ſcribit Obſervator ad *Matth. XXIV.* Nutzanwendungen: Hilfft kein beten mehr / iſt hart *(a)* / ad *Joh. X.* Nutzanwendungen: Hanget am Kantzel-Tuch! Vox Weigeliana *(b)*, ad *Joh. XIII.* Nutzanwendungen / *verſ. 27.* Thier-Reiche: Vox Chiliaſtica *(c)*, ad *Joh. XV. 17.* ambigue! Kan ſo verſtanden werden / daß zwar Chriſtus Nagel-neue und Moſi unbekandte Geſetze / gegeben / aber nicht zu dem Ende / daß wir dadurch gerecht werden *(d)* / ad *Joh. XV.* Nutzanwendungen: Schuel-Lehrere: Academicis DD. nachtheilich *(e)* / ad *Act. XV. 28.* Solte dieſes nicht den IV. Oecumenicis conciliis nachtheilich ſeyn *(f)*? ad *1. Theſſal. IV.* Nutzanwendungen: Böſes Conſilium für die Bettler / gut für die / welche nicht gerne geben / wer kan den Unterſcheid treffen *(g)*? ad *Hebr. IV. 10.* Es lautet hart / daß ein Chriſte von Sünden ſo feiren müſſe wie GOTT von ſeinen Wercken *(h)* / ad *Hebr. VI. 6.* O! ich beſorge ꝛc. GOtt bewahre / daß kein Angefochtener dieſe Worte leſe

(a) Anmerck. p. 6. (b) p. 14. (c) p. 15. (d) p. 15. (e) p. 16. (f) p. 19. (g) p. 33. (h) p. 44.

lese (a) / ad *Jac. IV. 6.* Daß etwas eingerücket worden sey / ist gefährlich zu sagen (b). Qvando igitur *amicissimi homines & domestici, qvasi testes perhibent, esse in sui Hedingeri curis hæretica, ambigua, amori & bonis moribus adversa, scandalosa, impia ad desperationem & blasphemiam adducentia;* nec tamen commovere eorum Auctorem potuerunt, ut qvicqvam ipsorum omitteret, saltem in posteriori editione, ne erudiendum vulgus Lectorum, qvi neqve ingenio, neq; diligentia Dominos Observatores æqvantes, forte observationes ne legunt qvidem, erroribus corrumpantur, *qvalis & qvantus ipsorum met judicio sit Hedingerus Pietista, haud perplexe significarunt.* Nam qvid sint Pietistæ, Magnificus Dn. D. Mayerus hac docet descriptione: Pietisten sind die Schwärmer / so unter dem Schein der Gottseligkeit die wahre reine Lutherische Religion verfolgen / den hochheiligen Grund derselben und der daraus gezogenen Lehren / als auch löbliche / GOTTES Wort gemässe / höchstnöhtige Ordnungen über den Hauffen werffen / in der Kirchen allen Ketzern Thür und Thor öffnen / sich ihrer annehmen / und sie vertheidigen / einem jeden Freyheit / zu glauben was er wolle / verstatten / mit ihrer Scheinheiligkeit aber die armen Seelen bezaubern / daß sie bey den offenbaren Unwarheiten und Betrügereyen / wie die Götzen der Heyden / Augen haben / und sehen nicht / Ohren haben / und hören nicht / aber ihrer Verführer Fußstapffen gantz genau folgen / und denn mit ihnen zur ewigen Verdamnis eilen.

Devenio nunc, duce Dn. Præside, *a loco de S. Scriptura qvatenus in linguis primigeniis est principium & norma de omnibus*

(a) Anmerck. p. 45. (b) p. 32.

bus controversiis Theologicis judicandi, ad Versionem ejusdem in vernaculum; ubi disqvirendum est, *qvid de Lutheri Versione Bibliorum* senserit Hedingerus, id qvod iterum ipsius exponam verbis: Es wäre je / inqvit, nicht zu mißbilligen / so man mit Beyseitsetzung der eitelen / und Luthero selbst mißliebig gewesenen Veneration, seine Dolmetschung / wenigstens die gar falschen Uebersetzungen / derer doch sehr wenig / geändert hätte. Denn wie soll der ungelehrte und gemeine Mann die Version mit dem Original vergleichen? der indessen das falsche vor wahr ansiehet / wie mir selbst / ob schon einem Ausleger / an diesem Ort (*1. Cor. IX. 6.*) geschehen. Solche Version-Mängel sind nunmehr in vieler Gedancken avthentisiret / von denen man doch nicht sagen kan / daß sie der Sinn des heiligen Geistes seyen (*a*). Ita igitur Lutheranorum vulgo, cui scripsit Hedingerus, B. Lutheri Versionem commendat, ut falsam eam esse pronuntiet, imo in nonnullis falsissimam, & ita falsam, ut mutatio ejus sit necessaria *saltem* in qvibusdam locis longe falsissime ex Græca lingva in vernaculam translatis, id est, si Ecclesiæ recte consuli debeat, omnino novam Versionem concinnandam esse. Ne vero gratis hoc dixisse videatur, rationes addit, unde necessitas mutandæ Lutheri Versionis omnium rudiorum oculis & egregio judicio exponatur, ut tandem intelligant gregarii nostri, qvam misere, cum suis Majoribus, a Ducibus Luthero & ejus vestigia insecutis hominibus, adhuc decipiantur, & qvam opus sit pietate novi interpretis Reformatorisqve, Hedingeri, & similium. Qvare etiam Pietistico

(*a*) Anmerckungen / *p.* 53.

stico genio, de qvo graphice Dn. D. Mayerus (a) fingendum erat, a nostris ἀνθενλιαν tribui *ipsis defectibus Versionis*, qvod multo absurdius esset, qvam cum Pontificiis veterem vulgatam pro authentica declarare; id qvod in Concilio Trident. (b) factum, pridem nostris explosum est. Sed ne qvid obstaculi remaneret, qvo minus pro Lutheri Versione propediem novæ opera daretur, comminisci qvoqve debebat Pietista, nulla alia de causa usum Lutheri Versionis in nostra Ecclesia retineri, qvam *ex nimio Lutheri cultu*, qvi adeo non placuerit huic viro, ut immutationem suæ versionis æqvo animo laturus fuerit. Plane his gemina habent Trillerus & Reizius in Præfationibus, novis suis N. T. Versionibus præfixis, qvæ optima fide discussit Dn. D. *Zeltnerus*, (c): Mihi qvidem sufficiat submonuisse, ista Hedingeri & ipsius similium argumenta non magis contra Lutheri Versionem ejusqve usum militare, qvam contra ipsum CHRISTUM, qvi versionem LXX. Interpretum, ab erroribus neqvaqvam immunem, non modo hominum Hebraicæ lingvæ expertium manibus, non extorsit, sed etiam iisdem lectionem ejusdam eopse diligentissime commendavit, qvod non pauca ex ea, licet ab Hebræo textu alieniora, tamen nihil mutata, in sacros libros inferre maluit, qvam versionem, cui plurimi assveverant, suspectam reddere, & simul ipsorum Bibliorum lectionem rudioribus dissvadere. Interim Lectori suam Hedingerus Pietista commendat modestiam, qvod id, qvod licere sibi putet, &, è re Ecclesiæ

(a) l. c. p. 11. 12. (b) Sess. IV. decret. de editione & usu sacrorum librorum. (c) Dissert. supra cit. p. 55. seqq.

clesiæ fore, persvasus sit, scil. *Lutheri versionem immutare*, tamen privato consilio facere non sustinuerit. Es wäre/ inqvit, je nicht zumßbilligen gewesen/ so man seine Dolmetschung / wenigstens die gar falschen Ubersetzungen/ deren doch sehr wenig/geändert hätte. Qvare etiam titulus N. T. ab Hedingero editi splendidum Lutheri nomen præfert: Das N. T. unsers HErrn und Heilandes JEsu Christi/nach der Ubersetzung des seeligen Herrn D. Martin Luthers; sed re vera Lutheri Versionem passim ab Hedingero ita mutatam esse, ut Lutheri versionem in hac Versione Lutheri frustra reqviras, nemini obscurum esse potest, qvi eam, qvam Hedingerus exhibet, cum aliis N. T. Editionibus contulerit. Neqve vero id omnino diffitendum ratus, in Præfatione scripsit: Damit aber der Christliche Leser Bescheid wisse/was in dieser Edition zu seiner Vergnügung mit Göttlicher Hülffe gethan worden/so hat man den Teutschen Text/und Original Version Lutheri, und die allerbesten/ so wol alten als neuen Auflagen der Bibel/ pünctlich revidirt, die durch lange Zeit eingewurtzelte Defecten der Connexionum, Particularum &c. ja gar gantzer Zeilen/Phrasium und Haupt-Wörter restituiret / die in höchster Confusion und Verwirrungen gestandenen Distinctionen, der Commatum und Colorum nach dem NB. Sinn und Erforderung der Schrifft NB. an den meisten Orten reformiret/und Sorge getragen/ daß in diesem Stück kein weiterer / wenigstens kein beschwerlicher Mangel erscheinen möge. Habemus itaqve reum confitentem, reformatam à se Lutheri Versionem in iis esse, qvæ plane novam Versioni formam inducunt, qvalia sunt *novæ Connexiones, novæ particulæ*,

tulæ, totæ lineæ novæ, qvæ antea non apparuerunt, novæ dictiones & voces insigniores, item alio loco collocata Commata & Colæ. Sane hæc singula novam versionem efficiunt, nedum conjuncta. Fatetur item Hedingerus, non suo animo propositum fuisse, Lutheri verbis inhærere, sed omnia ad *fundamentalem, s. Græcum Textum revocare*, ut huic minus respondere, sibi qvidem, acutum videnti, credita, corrigat. Cæterum verba dat opportunæ injuriis plebi, *ἀρχέτυπον totius Versionis Lutheri, ab optima qvaqve Bibliorum Editione, antiqva pariter ac recentiori, diversum, adeoqve ipsum MS.* sibi ad manum fuisse, nescio, qva fronte, gloriatur. Æqve autem hoc a vero abhorret, atqve illud, qvod credulo vulgo persvadet, se primum plures & eas integras lineas sacri textus Lutheri versioni restituisse, nefanda negligentia adhuc omissas. Hoc vero non est Lutherum reformare, sed una cum Luthero omnes Lutheranæ Ecclesiæ Doctores deformare. Seriem singulorum, qvæ in B. Lutheri versione Polynices noster reformanda putavit, exhibere longum foret & alienum; cæterum ut simul pateſcat, qvid egerit Reformator, unum alterumqve locum reformatum producam. Et primo qvidem ille considerandus est locus, qvi irato Hedingero apertam confessionem veræ animi sententiæ de Lutheri versione elicuit, supra ex ultimo ad Lectorem alloqvio a me allatum & nunc ejusdem verbis explicandum. Locus extat *1. Cor. IX. 6.* ἢ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρναβᾶς οὐκ ἐχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι; Qvæ B. Lutherus ita interpretatus est: Oder haben allein ich und Barnabas nicht Macht solches zu thun? Ad qvæ Hedingerus: Daraus ist zu schliessen/

daß auſſer dieſen zweyen / Paulo und Barnaba / davon Barnabas aus den 70. alle Apoſtel Weiber gehabt. Monitus autem, (a qvo, incertum eſt; ſaltem in Obſervationibus amicorum trigæ typis exſcriptis nihil hujus rei comparet) Hedingerus, *nullum eſſe hujus conſectarii in textu Fundamentum*; qvaſi indignabundus, ſe videri falſum, fallere alios poſſe, non corrigendum errorem, ſaltem in altera Editione credidit, ſed in Lutheri verſionem culpam conjiciendam eſſe. Etliches (inqvit) (a) findeſt du hier / darin ich einen begangenen Fehler zuerkennen / und dahero einige Gloſſen zu ändern / aber auch zwey oder drey / alſo gar wenige / völlig auszumuſtern habe / weil der Irrthum klar / und die Spur der gegenſeitigen Warheit in den Anmerckungen zufinden. Dahin gehöret die Gloſſe / 1. Cor. 9. 6. (α) die auff Lutheri falſcher Verſion beruhet / ſo ich wieder meinen Brauch an dieſem Platz nach dem Grund-Text nicht geprüfft / (Male! ſecundum Accurſium!) der alſo im Gr. lautet: **Oder haben ich und Barnabas nicht Macht nicht zu arbeiten?** Das iſt: Ohne unſern Hand-Arbeit von anderer Brod zu leben / wie die übrigen Apoſtel zuthun gewohnet ſind. S. Geſch. 18. 3. 20. 34. Dannenhero vom ehelichen Leben die Rede dieſesmahl nichts iſt. Es wäre ja nicht zumißbilligen / ꝛc. Jam primo obſervandum eſt, in reformata hac loci Apoſtolici Verſione, qvam Hedingeri ingenio debemus, Excluſivam particulam, τῶ μόνῳ reſpondentem, & a Luthero per allein redditam, non comparere, neqve Articulum τὲ, non temere poſitum, ſed ad ſignificandum Gerundium,

(a) l. c. p. 53.

dium, ut, si Græco mordicus inhærendum sit, Versio redarguenti Lutherum Doctori Hedingero ita ea reformanda fuisset: Hätte allein ich und Barnabas nicht Macht zu dem nicht zu arbeiten. Sed adeo obscura est Hedingeriana translatio, ut necessariam interpretationem non potuerit non ipsemet illi subjungere; contra Lutheri verba ita clara sunt & perspicua, ut mentem scriptoris θεοπνεύστου qvilibet Davus intelligere per se possit. Qvam summam interpretis laudem esse, nemo negaverit, nisi iracundus, vel furibundus etiam. Jam vero unus Dominorum Observatorum minus a Luthero abhorret, qvam suo Amico Hedingero, scribens: Gr. (id est: Griechisch) haben alleine ich und Barnabas nicht Macht/ Fug/ Recht/ nicht (dergleichen) zuthun/ zu wircken/ zu schaffen? Angl. to forbear working. (a) Tandem dispiciendum est, an ex illa interpretatione B. Lutheri, qvam falsam esse criminatur Hedingerus, hoc, qvod idem voluit, excsculpi possit; qvod ego qvidem simpliciter nego. Nam orationem Interrogativã recte mutatam in Enunciativam Exclusivam, qvæ Exponibilis Logicis dicitur, si secundum summum Logicorum rigorem exposueris, de nulla alia re hic qværi liqvet, qvam de jure & potestate Ecclesiæ sumtibus uxorem ducendi, se & familiam alendi; (b) inde vero ipsum factum colligere, est a posse ad esse colligere ineptissime. Neqve enim qvicqvid licet, bonis libet, cum qvædam licita interdum non expediant pluribus. Melius igitur suæ & Lutheri famæ, imo ipsi, cui operam suam addixit, vulgo, Hedingerus consuluisset,

(a) Anmerck. p. 25. (b) Conf. v. 5.

ſet, ſi vel conſectarium illud omiſiſſet penitus, minimum in poſteriori Editione, humani aliqvid ſe paſſum eſſe, confeſſus, & qvod conceperat bilis, in propriam negligentiam effuſo.

Sed majus iniqvitatis Hedingeri in B. Lutheri verſionem indicium eſt, *qvod auſus eſt, eum ita reformare, ut, Lectoris animo non modo a DEI & τȣ̃ θεοπνεύςȣ, ſed etiam Lutheri, mente alienisſima inſinuaverit*, id qvod jam uno alteroqve exemplo demonſtrabo; Verba θεόπνευςα 1. *Tim.* 1. 8. 9. Οἴδαμεν δὲ ὅτι καλὸς ὁ νόμος, ἐὰν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται. Εἰδὼς τȣ̃το, ὅτι δικαίῳ νόμος ȣ̓ κεῖται, ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις, κτλ. B. Lutherus in hæc transfudit Germanica: Wir wiſſen aber / daß das Geſetz gut iſt / ſo ſein jemand recht brauchet / und weiß ſolches / daß dem Gerechten kein Geſetz gegeben iſt / ſondern den Ungerechten und Ungehorſamen / u. ſ. w. Hedingerus vero hæc exhibet: Wir wiſſen aber / daß das Geſätz gut iſt / ſo ſein jemand recht brauchet. Und NB. ich weiß ſolches / daß dem Gerechten kein Geſätz gegeben iſt / ſondern den Ungerechten und Ungehorſamen / u. ſ. w. Ut de reformata orthographia nihil dicam, qvamqvam non committendum exiſtimo, ut per vocem Geſätz & ſimiles in Svevum Lutherus mutetur; notari velim, non modo pro Commate, qvod Lutherus poſuerat, ab Hedingero Punctum finale adhibitum, ſed etiam v. 9. Voce ich Lutheri verbis temere inſerta, ex tertia perſona primam factam eſſe. Ex qvo colligere facile erat, ſingularem ſibi Paulum notitiam arrogare, ſe id ſcire, qvod alii Chriſtiani ignorent, qvemadmodum plura ſingularia ſibi recte tribuit v. 12. hujus capitis. Neqve enim addita vocula

cula ich fugit Dnm. Observatorem; qvi etiam rectissime monet, rationem legitimi Legis usus versu 9. contineri; sed ita hæc verba ab illis non tam divellenda esse per punctum distinctivum, qvam conjungendas simul docet, ut ly ἐιδὼς ad ly τις pertinere, facilius intelligatur. Qvod inter alios etiam Domini Vinarienses accurate observarunt. Verba Domini Observatoris hæc sunt: Das Wörtlein ich stehet nicht im Grund-Text. Es möchte so heissen: Der das Gesätz recht brauchet. Ein solcher aber ist/ der da weiß/ daß dem Gerechten kein Gesätz gegeben. (a) Qvæ inseqvitur Hedingeri, ægerrime veritati Versionis Lutheri cessuri, responsum: Antwort. Im Text stehet ἐιδὼς, und kan construiret werden mit v. 12. Ich weiß solches/ (an meinem eigenen Exempel) daß dem Gerechten kein Gesätz gegeben/ &c. Wie ich denn Christo/ der mich mächtig machet/ Danck erstatte. Lasse aber jenes wol gelten.

Alterum exemplum, Hedingeri iniqvitatem in versionẽ Lutheri indicans, produco ex 1. Petri III. 18. 19. 20. Lutheri verba ita fluunt: Sintemal auch Christus einmal für unsere Sünde gelitten hat/ der Gerechte vor die Ungerechten/ auff daß er uns GOtt opfferte/ und ist getödtet nach dem Fleisch/ aber lebendig gemacht nach dem Geist. In demselbigen ist er auch hingegangen/ und hat geprediget den Geistern im Gefängnis/ die etwa nicht gläubeten/ da GOtt einesmals harrete/ und Gedult hatte zu den Zeiten Noa/ da man die Archa zurüstete/ in welcher wenig/ das ist/ acht Seelen behalten wurden durchs Wasser. Reformator Hedingerus hæc habet:

(a) Anmerck. p. 33.

Sintemal auch Christus einmal für unsere Sünden gelitten hat / der Gerechte für die Ungerechten / auff daß er uns GOtt opfferte / und ist NB. zwar getödtet nach dem Fleisch / aber lebendig gemacht nach dem Geist. In demselbigen ist er auch hingegangen und hat geprediget den (NB. abgeleibten) Geistern NB. (welche jetzt) im Gefängniß (NB. sind.) die NB. ehemahls nicht glaubeten / da GOtt einsmals harrete / und Gedult hatte zu den Zeiten Noä / da man die Archa zurüstete / in welcher wenige / das ist / acht Seelen behalten wurden durchs Wasser. In his qvoqve orthographiam Lutheri literis & interpunctione Hedingerus ratus deformandam, in vocibus sintemal / einmal / einsmals nullo fundamento, aspirationis notam (ℏ) adjecit, vers. 18. & per semicolon pro Commate, qvod Lutherus exscribendum curaverat, positum distraxerat, qvæ secundum Græcum textum Lutherus conjunxerat. Porro vers. 19. cum Græco Lutherus finiverat Commate, & natura sua connexa cohærerent; sed Hedingerus suæ auctoritati serviens, ejecto Commati punctum finale substituit. At in his non subsistens Reformatoris licentia integras voces in optimam Lutheri versionem intrusit, & qvidem, v. 18. (præterqvam qvod Sünden in Plurali Numero, pro Singulari Sünde scribi jussit) vocem zwar / vers. 19. (abgeleibten) (welche jetzt) (sind.) vers. 20. pro Lutheri etwa habet ehemals / pro Noa habet Noæ, item pro Archa Scriptum ab Hedingero est Arche / item pro wenig Lutheri, wenige. Poterant hæc videri ad τὰ λεπτὰ pertinere; cæterum tanti Hedingero fuerunt, ut nullus Lutheri cultus ab ipsorum qvoqve reformatione revocare

vocare eum potuerit. Qvod ad vocem Sünden attinet, qvæ in vers. 18. extat, verum est, in Græcis plerisqve Exemplaribus Pluralem Numerum inveniri, sed cogitandum erat, annon vox Sünde referenda sit ad ingentem istarum vernaculæ nostræ vocum numerum, qvæ sunt singularis Numeri tantum; saltim purissimus genii lingvæ nostræ cultor, Lutherus, in tota sua versione in Plurali eam vocem vix unqvam usurpavit, sensui scripturæ nihil decedente. Qvi Pluralem nihilominus in nostra lingva expressum volunt, iis idem respondendum est, qvod illis responsum est, qvi Himmeln pro Himmel scribendum esse, olim acriter pugnaverunt, qvod in Hebræa & Græca lingva, non Singularis, sed Dualis, vel Pluralis Numerus inveniatur. Et vocem zwar videri qvidem poterat Hedingerus ex Gr. μὲν in suam versionem derivasse, si credi debeat Reformatori D. Lutheri incognitum fuisse, vocem μὲν non modo Concessivam Conjunctionem esse, consequente Adversativa, sed etiam specificativam particulam, perinde ut Latinorum Qvidem sæpe idem significat, qvod vulgatum Qvoad vel Qvod attinet ad; in Germanica autem Lingva vocem zwar nunqvam Specificative sumi, sed semper concessive, sequente: Doch / dennoch / aber / aber doch. Qvia autem D. Apostolus hoc non voluit, *Qvamvis CHRISTUS mortuus sit, tamen vivum eum iterum factum esse*; sed naturam designare, secundum qvam non mori potuerit CHRISTUS, & qvæ sit causa receptæ vitæ; proinde in sua qvidem lingva Lutherus Græca μὲν σαρκὶ, δὲ τῷ πνεύματι, reddidit rectissime per: Nach dem Fleisch / aber nach dem Geist. Poteram

hoc

hoc pluribus demonstrare, si Lutheri Versionem vindicare mihi consilium esset; cæterum hæc adjicienda videbantur, ne nimium sibi placeant intempestivi Lutheri Reformatores, & ut suspicari incipiant, suppetere, qvæ ipsorum næniis regeri possint, ni ineptire desinant. Illud vero æqvo animo nemo ferat, per reformatam frivole Lutheri versionem unico, certe valdissimo, argumento ad probandum fidei articulum de *Descensu CHRISTI ad inferos* vulgus Christianorum spoliari, præsertim Græco Textu conatui insano omnino adversante. Monitus autem de hac audacia Hedingerus his verbis: **Warum wird die Auslegung darzwischen gesetzt / die doch ungewiß?** respondet: **Bey mir ist sie gewiß.** Man lese Pearsons citata in seinem Credo: Descendit ad inferos. **Anderer zugeschweigen. Daß ichs aber darzwischen gesetzt / ist geschehen /** NB. **dem Leser zuhelffen / genug / daß er weiß / es seyn nicht der Text / sondern eine Glosse.** (a) Unde vero noverit hoc lector parum prudens? Certe in Præfatione longe aliud docet lectorum Glossographus his verbis: **Zum IV. erscheinen die Glossen** NB. NB. **unten her** / id est, infra verba Textus, in fine singularum paginarum. Nihil hîc de Parenthesibus, qvas in ipso Textu Germanicæ pariter ac Græcæ lingvæ freqventes esse, nemini ignotum est. Ita igitur juvare suis Parenthesibus lectorem rudem voluit Pietista, ut, qvod ex lectione hæreticorum librorum minus firmato animo ipse hausérat venenum, in plures vulgaret, Lutheri nomine capiendos. Cum igitur in uno ex Studgardiensi Testamento exhibito loco

(a) Anmerck. p. 40.

loco integra dodecas reformationum appareat, qvid de B. Lutheri Versione censuerit Hedingerus, ita planum esse existimo, ut labore plura in medium afferendi supersedere possim; ex hoc in exponendis reliqvis brevior futurus, postqvam Hedingeri impietatem in Principium Theologiæ & Fidei, in Verbum DEI, & in primigenia lingva & in optima ipsius Versione, pluribus demonstravi; qvæ vel sola monendo lectori sufficiant.

Ad Qv. VII. & VIII. des Berichts.

Est autem ex his, qvæ proxime a me allata sunt, proclive judicare, *qvid de fide*, fundamento Apostolorum & Prophetarum innixa, id est, *Lutherana, senserit D. Hedingerus*; qvi primum nostræ Religionis *Symbolum*, a Summa doctrinæ, qvam tradit, vere Apostolicæ *Apostolicum* dictum, damnare sustinuit, saltem ea parte, qvæ agit de *CHRISTI descensu ad inferos*, qvem cum Calvinianis pernegavit. Qvamvis enim Vossio largiendum fuerit, articulum *de descensu CHRISTI ad inferos* per annos multos in hoc Symbolo non extitisse (a); (qvod forte ideo factum est, qvia de illo tunc temporis nondum controversia mota fuerat) tamen Dn. D. Rechenbergius recte observavit (b), etiam ab *antiqvis Patribus dicti descensus mentionem injectam esse*, ut Gregorio Nazianzeno (c) & aliis. Nostrum autem non est receptam in symbolum ex Sacris literis Ecclesiæ nostræ doctrinam denuo asserere (d); præsertim cum Hedingerus nullo alio zelo, qvam Pearsonii, Calviniani, auctoritate

(a) *Vid. Vossii Dissert. I. de tribus symbolis §. 31. ad qv. 43.* (b) *vid. in Append. Tripart. p. 43.* (c) *in Orat. XLII. in Pascha.* (d) *Conff. cum Theologiæ Compendiis & systematibus Dn. Joh. Gottlieb Lucii vindiciæ Dissertationis Carpzovianæ de* descensu Christi ad inferos *Lipsiæ A. 1703. typis exscriptæ.*

noſtram poſſeſſionem oppugnaverit, & Petri locum ità interpretatus ſit, ut manifeſta clariſſimorum verborum perverſio Hedingeri pruritum omnia innovandi cuivis demonſtret. Nam cum paulo ante confeſſus eſſet, per Spiritum intelligi *potentiam DEI Spiritus infinitam*, per qvam vitam θεάνθρωπος receperit, ſcribens ad verſum XVIII. Christus iſt erwecket aus eigener Macht und Willen NB. durch die Krafft ſeiner Gottheit / die ein Geiſt und zwar ein ewiger Geiſt genennet wird / ꝛc. Tamen brevi poſt ad verſum XIX. dicit, *eodem Spiritu repletos eſſe Patres*; hoc qvid eſt aliud, qvam Patres itidem factos eſſe omnipotentes, vel omnipotentia repletos eſſe? Qvod autem Petrus affirmat, *CHRISTUM per Spiritum vivuſſe*, id Hedingeri ingenio eſt, *CHRISTUM ſe Patribus patefeciſſe*; qvod Petrus dicit, *CHRISTUM prædicaſſe*; id vero eſt ejusdem acumini, *miſiſſe pios Patres, imprimis Noachum ad prædicandum*; qvod Petrus refert *ad ſpiritus*, indefinite, id vero Hedingeri licentia trahit & reſtringit ad ſpiritus, corporibus exutos. Et tandem *Spiritibus*, de qvibus Petro Sermo eſt, D. Hedingerus *vivos homines opponit*, qva de cauſa, non video, ſiqvidem a *lethargo & ſtertore animarum a corporibus ſeparatarum*, qvem fingunt cum Anabaptiſtis Sociniani (a), alienus fuit. Cæterum qvid de ſtatu animarum a corporibus ſeparatarum ſenſerit Hedingerus, id qvidem amplius videre eſt ex iis, qvæ ſcribit ad *Luc. XVI. 22.* Abrahams Schooß iſt der Ort einer unausſprechlichen Vergnügung / worin die Seelen komen nach dem Tode / und wie einige der Väter geglaubet / aufbehalten werden NB. zum völligen Genuß der

(a) *Vid. Scherzz. Syſtem. p. 563. it. Colleg. Anti-Socin. p. m. 1200. ſeqq.*

der himmlischen Freuden nach dem jüngsten Gericht und Vereinigung der Seele mit dem Leibe. Ita error errorem trudit. Adscribam vero lectori, cui Hedingeriani N.T. non est copia, ipsa Hedingeri verba, qvibus locum Petrinum pervertit. Ad verba: **In demselbigen ist er auch hingegangen**/ hæc apposuit: D. i. In diesem Geist der Gottheit hat er sich den Vätern kund gethan/ indem er sie mit demselben erfüllet hat/ zu lehren/ zu weissagen/ die Welt zu straffen; welches alles geschehe durch den Geist Christi/ *2. Petr. I. 21.* Ad verba: **Und hat geprediget**/ hæc: Nicht unmittelbar und persöhnlich/ sondern durch die frommen Väter/ insonderheit Noam/ den Prediger der Gerechtigkeit/ *2. Petr. II. 5.* Verba: Den Geistern im Gefängnis/ ita interpolavit: Den (abgeleibten) Geistern (welche jetzt) im Gefängnis (sind) & hæc iis subjecit: Denen/ welche NB. damals lebeten/ jetzt NB. aber/ als leiblose Geister/ in dem höllischen Kercker sitzen. Si leibloſe hic non est idem, qvod leblose/ nulla specie sibi opponuntur spiritus, qvi olim vixerunt, & spiritus, qvi corporibus carent, cum non corpus spiritui, sed spiritus corpori, det vitam, nec spiritus vivere desinant. Qvare & illud Hedingerianum vocabulum: Abgeleibte/ idem fuerit ipsi & illis, qvi ejus lingvam callent, ac vulgatum abgelebet. Proinde descensum CHRISTI ad inferos hoc videtur Hedingerus voluisse improbabilem reddere, qvod animæ a corpore separatæ sensus sint expertes; qvod postulatum claris verbis proponere non sustinuit, & qvam absurdum id ipsum sit, docuit B. Schertzerus *(a)*. Neqve

(a) ll. cc.

omni suspicione de lethargi errore Hedingerum liberat, qvod ad *Luc. XVI.* scribit von dem Ort einer unaussprechlichen Vergnügung / ꝛc. cum, ut alia taceam, illi qvoq́, qvi deliqvium animi passi sunt, soporatis similes, facile in ista sua sorte acqviescere & ineffabili voluptate perfusi sibi visi sint. Qvam vellem clarioribus verbis suam mentem nobis exposuisset Hedingerus, si nihil monstri aluit, & istam oppositionem omisisset, qvæ non potest non eum suspectum reddere. Suam de istis Hedingeri sui glossis Sententiam Secundus Dnn. Observatorum his exposuit verbis, dignis, ad qvæ attendat lector, veritatem doctrinæ nostræ de *CHRISTI descensu ad inferos* egregie evincentia: Uber diesen Ort (inqvit) bedüncket mich die deutlichste Erklärung von der Höllenfahrt JEsu: Wie denn der Apostel in der Ordnung des so genanten Apostolischen Symboli einen Articul nach dem andern anführet / als des Leidens und Sterbens nach dem Fleische / *vers. 18.* der Höllenfahrt und Reise zu den Geistern / *vers. 19.* und endlich der Himelfahrt / *vers. 22.* Und kan man das Wort πορευθεὶς NB. gar schwerlich vor die Herabkunfft in die Propheten auslegen / sondern es wird wol der Verstand seyn / wie *vers. 22.* da es heisset: πορευθεὶς εἰς οὐρανὸν, S. *Joh. V. 50. VIII. 1. 2. XII. 2.* und von diesem Wort mehrere andere Stellen / ꝛc. (a) Cum igitur tam vilibus ratiunculis adduci se passus sit D. Hedingerus, ut approbatam in Symbolo Ecclesiæ doctrinam desereret, qvam cordi ipsi non fuerit *Orthodoxia Lutherana*, haud perplexe significavit.

Nec volens valuit obscurum relinqvere, qvid generatim

(a) Anmerckungen *p. m. 40.*

ratim *de Librorum Symbolicorum obligatione* senserit, passim in perantiqvum hoc Ecclesiæ institutum, qvo obex vulpibus & lupis, intus rapacibus, ponitur, detonans. Ita ad *Joh. XVII. 6.* Nutzanwendung in hæc erupit verba: Christus war getreu in seines Vaters Hause / *Ebr. III. 2.* und hat uns nichts verhalten. Was ists denn der NB. neuen Aufsätze nöhtig? Weg mit dem NB. Nothfalle und Menschen-Tand / ad *Tit. I. 5.* In einer so wichtigen Sache (die Seel und Seeligkeit betrifft) kan keiner dem andern blinde Commission geben / NB. eben so wenig / als in Glaubens- und Lehr-Händeln / schlechter dingen anzunehmen / was ihrer etliche für gut befunden haben / ohne Vorbehalt seiner Selbst-Probe. Die Meisterlosigkeit / da man der armen Kirchen ihr Recht raubet / hat der Anti-Christ ausgehecket / und grosses Unheil gestifftet. Petens igitur suo more D. Hedingerus id, qvod est in principio, obligationem Libb. Symbb. pernicioſissimam Ecclesiæ pronuntiat, nullo alio fundamento, qvam qvod nostris Regibus & Principibus id juris circa sacra nullo modo concedendum sit, qvo olim in populo DEI usi sunt pientissimi Reges, David (a), Salomo (b), Josaphat (c). Plane autem exscripsit Hedingerus J. J. Zimmermannum, auctorem libri von der Zeit-Rechnung / qvi Chiliasmum professus, solum vertere jussus est a Sereniſſimo Duce Würtenbergico, haud imprudente, qvantum discriminis rei & libertati Protestantium, multo sangvine olim redemtæ, ista ab A. C. resiliendi licentia contrahat. Et cum eadem mens sedeat optimis Evangelicæ Religionis

(a) 2. Sam. IIX. 15. 17. (b) 2. Reg. II. 35. (c) 2. Paralip. XIX. 8.

gionis Principibus, & ipsorum Senatoribus, a maledictis sibi non potuit temperare Hedingerus. Quo haud dubie pertinent hæc: Je närrischer etwas der Welt düncket in göttlichen Sachen/je besser ist es. Aber welch eine Keckheit! Daß die Staats-Klügler Christi Reich meistern/und die Blinde von Glaubens-Farben urtheilen wollen. Zwar sind sie Cantzler und Rähte/*Esa. XXXIII. 18.* zwar heissen sie Schrifft-Gelehrten; aber ihr Raht-Sitz und Fleischlicher Witz reichet nicht zu GOttes Weißheit. Säuglinge und Kinder wissens besser. *Matth. II. 25.* (a) Item seqventia: So machts der Antichrist und Satanas in seinen Getreuen! wo er nicht wehren kan den Lauff des Worts/das Feur wird immer grösser durch Fürkehrung der Gewalt/braucht er einen heuchlerischen Staats-Glumpff: Welch ein Greuel! daß sich Christus mit seinem Wort und Gnade nach dem Gehirne der Elenden Staats-Klügler richten und schmiegen soll. So unbescheiden sind die Kinder der Finsterniß/daß sie wieder Vernunfft und Billigkeit Dinge fordern/die offenbahrlich wieder das Gewissen lauffen. Alsdenn strecken sie die Klauen recht herfür/wenn sie dieses meistern/und in NB. Glaubens-Sachen einen blinden Gehorsam durch List und Dräuung erzwingen wollen. (a) Nec illis dissimilia sunt, qvæ idem ebullivit: Wie meisterloß? Gebot! Gebot! vielleicht GOttes Gebot? Nein! Menschen-Tand/schauen fleischlich bethörter Vernunfft-Geister. Wer kehret sich daran? Scheue du Knecht-GOttes dieses Weyhen Schatten/du wirst unter den Fittichen JEsu dennoch

(a) Nutz-Anwendungen/1. *Cor. I. 21.* (b) Nutz-Anwendungen/*ad Actor. IV. 16.*

dennoch sicher bleiben / wäre dieses und anderes nicht / wüste man nicht / daß der Teuffel / als ein Feind Christi / noch lebete (a). Infinita hac dicacitate plebem ad credendum adducere videtur laborasse Hedingerus, *libros symbolicos* Ecclesiæ nostræ ministris obtrudi, non exactos ad verbum DEI; cum tamen singuli jubeantur lectos relectosqve ad S. Scripturam, unicam credendorum normam, tanqvam ad lapidem lydium, revocare, anteqvam iis subscribant. Qvo facto, postqvam de Divina veritate libb. symbb. jam diu satis constat, qvo minus ad litium, qvas turbulenti homines ciere non desinant, finem illud vinculum adhibeatur nihil impedire, pridem & nuper nostri Calvinianos, Arminianos, & qvi horum vestigia legunt, Pietistas, docuerunt (b), siqvidem etiam personati Ambrosii Semanni von Camininz, hoc est Johannis Jacobi Zimmermanni libro, inscripto: Zeit-Rechnung; in qvo libro acriter is in obligationem Librorum symbolicorum invehitur, satisfecit B. D. Heberlin.

Cum Ecclesiæ nostræ qvædam repagula, & orthodoxiæ Lutheranæ custodes, non contemnendos, Libros Symbolicos, ferre æqvo animo Hedingerus non potuerit, intellectu facile est, qvid de *Hæreticis* idem senserit. Exponit vero id hic Pietista clarioribus suis verbis: Das / was obstehet / vom Glauben an Christum und heiligen Leben / ist nöthig und nützlich zur Seeligkeit; nicht aber die Spitzfindige / eitele Fragen / Wort-Streite / ꝛc. Wolte GOtt! es möchte des grüblens / Senten- *Ad Qv. IX.*

(a) Nutz-Anwendungen / *ad Actor. V. 28.* (b) *vid. præ aliis B. Carpzov. Isagog. in lib. symbb. p. 6. sqq.*

Sentenzirens und Meinungen-Kramers weniger seyn! Einfalt des Glaubens in Lauterkeit und Demuth eines liebvollen/ sanfftmüthigen Hertzens/ das Beste. (a) Non carpi ab Hedingero qvaliumcumqve qvæstionum agitationem, sed earum, qvæ Ecclesiæ cum hæreticis intercedunt, id mihi qvidem credibile reddit qvæstionum multitudo in hoc ipso libro Hedingeriano agitatarum, qvas ad salutem, fidem & vitæ integritatem necessarias esse, ne ipse Hedingerus qvidem cum suis Dnn. Observatoribus affirmaverit. Ita qværitur: An Epimenides vere fuerit Propheta? Qvod affirmandum videtur uni Dnn. Observatorum... (b) Qværitur, an polygamia successiva olim sacri ordinis homini prohibita fuerit? Cujus qvæstionis excussione integræ duæ paginæ completæ sunt, affirmante Hedingero, ad nostra tempora veterem ritum non pertinere: (2) Kömmt es nur auff einen Gebrauch an/ der damals aus besondern Ursachen geordnet worden/ ob er gleich an sich indifferens, qvoad rem, gewesen. Præjudicaret demnach diese Glosse der Christlichen Freyheit heutiges Tages und Polygamiæ successivæ Clericorum gar nichts (c). Qvam ineptis argumentis hæc disputans Hedingerus suam eruditionem Lectoribus obtruserit, tædet disqvirere. Qværitur porro, qva bestia Satan abusus sit ad decipiendam matrem viventium? (d) Hujuscemodi qvæstionibus cum abundet Hedingeri liber, Christianorum vulgo potissimum destinatus, ægre is ferre non poterat, nec nostros qvæstionibus nihil indulgere, qvibus

(a) Anmerckung/ p. 38. 39. (b) Anmerckung/ p. proxime cit. 39.
(c) vid. Anmerckung/ p. 34. 35. 36. (d) Anmerckung/ p. 28.

qvibus veritatem Divinam verti & contineri credunt, nisi istas qvæstiones novisset ita decidi, ut, ab Ecclesiæ consortio excluſi, Hæretici devitari jubeantur, qvod D. Paulus præcepit (a).

Admissis autem in Ecclesiæ communionem Hæreticis, Hedingerus eo ipso se iis adjungit Pietistis, qvi impia Arminianorum vestigia legunt (b); suam tamen ipse mentem plenius expressit, ad 1. Cor. XI. 15. (Der Geistliche aber richtet alles / und wird von niemand gerichtet) scribens: Ist der richtende unwiedergebohren / was soll der Blinde von Farben richten? Ist er wiedergebohren / so hat er gleichen Sinn mit jenem / (nempe spirituali) NB. und wenn schon die Meinungen ausser dem Haupt-Grund Christo 1. Cor. III. 11. zerschieden wären / wird sich doch dieser keines Urtheils über jenen wieder die Liebe und Sanfftmuth anmassen / NB. viel weniger seinen Begriff / Wissen und Gewissen meistern / oder sich zum Herrn und Richter seines Glaubens wieder die Gebühr aufdringen. Proinde Hedingeri edictum nemini libertatem de veritate aut falsitate doctrinæ fideiqve cujuspiam judicandi, aut spiritus explorandi, utrum ex DEO sint, nec ne, relinqvit, nisi de cujus vere regeniti interna pietate certissime constet; atqvi solus DEUS, Scrutator cordium, novit qvid sit in homine: Ergo nemini homini relinqvitur libertas de aliorum doctrina judicandi, sed cuilibet credendi & docendi tanta libertas, ut ne hiscere qvidem contra illa cuiqvam liceat, anteqvam evictum dare potuerit, se revera regenitum esse, qvod demum in die ista magna fiet, qva ab

Ad Qvæst. X.

(a) Tit. III. 10. (b) Vid. B. Calovii Considerat. Arminian. p. 29. seqq.

ovibus hircos supremi Prætoris apparitores separabunt: Ad istud igitur tempus Religionum indifferentismus admittendus est, judice D. Hedingero; minime omnium vero plebs Christianorum, licet donum discernendi spiritus non omnibus contigerit, committere debet, ut Magistratus cum Ministerio qvenqvam, aut cujusqvam doctrinam damnet, cum ipsos vere regenitos esse in tanta sagaciorum hominum hypocrisi, saltem dubitare liceat; adeoqve saltem dubium sit istorum de hæreticis judicium. Deniqve non a verbo DEI, tanqvam norma, sed a supposita aut negata regeneratione judicandi potestatem suspendens, talem Hedingerus *Religionum* induxit *indifferentismum*, ut eos solos, qvos irregenitos habeat, imprimis orthodoxiæ cultores defensoresqve, judicandos exhibeat sui similibus, reliqvis omnibus credendi qvidvis, & docendi licentia permissa. Cæterum, ut hanc sententiam saltim pietatis specie commendaret suis, fingendum erat Pietistæ, *amorem Divinæ veritatis, amori hominum corrigendorum* obstare, & Christiano dignæ *mansvetudini* ἀνώτομον errorum refutationem; cui exempla CHRISTI & Apostolorum reclamant; in qvibus Paulus non modo plerasqve epistolas refutatione errorum consumsit, sed etiam facultatem & libertatem adversarios redarguendi gregi CHRISTI præfectis serio præcepit, ipse iis qvidem, qvi libertatem Christianam imminutum ibant, & ne Petri qvidem, τῷ μὴ ὀρθοποδοῦντι, de cujus tamen regeneratione certior esse poterat D. Apostolus, qvam tu sis de cujusqvam mortalium vera, non ficta pietate, ne in minimis qvidem qvicqvam concedens, &c.

Jam

Jam vero Fine omnia metienda esse, Hedingerus pronuntiavit ad *Matth. VI. 22.* (Wenn dein Auge einfältig ist / so wird dein gantzer Leib Licht seyn /) scribens: Das ist: An der Absicht und Zweck: NB. Denn der Zweck macht eine Sache gut oder böse / wie durchs Auge der gantze Leib geleitet wird / liecht oder finster ist. Cui succenturiatus unus Dnn. Observatorum scribit: Und weñ das Hertz gut ist / so ist alles gut. *Tit. I. 15.* (a) Qvare adeo sibi persvasum habent pii viri Religionum indifferentismum, ut ne cogitent qvidem, qvod plures noverunt, *bonum ex integra causa nasci, malum ex qvovis defectu, nec damnari ab Apostolo mala ea fini facientes, ut bona inde eveniant.* Proinde docere voluit suos Salvator, ante omnia oculos mentis, illuminandos esse supernaturali lumine, ut ne in tenebris ambules incautus, id est, ne ingenti pietate turgens, magna opera magnas nugas agas. Mentis lumen vero & puritatem ad solam voluntatem applicare, est indifferentismi amori nimium tribuere. Ad hæc qvemadmodum Summe Venerab. Dn. Præses ad Qv. X. mentionem facit *fundamenti fidei, qvod Cl. Dn. Thomasius proposuit in Diss. An Hæresis sit crimen? pag. 12.* ita illud non omnino Hedingero Pietistæ displicuisse, suis testatum fecit verbis. Simpliciter fassurus, Dn. Thomasius; *statuo*, inqvit, *fundamentum fidei esse amorem DEI & proximi, & odium & contemtum sui ipsius. Qvi hæc impugnant errores, fundamentum fidei meæ petunt, reliqvi, & præprimis de mysteriis essentiæ Divinæ ad fundamentum fidei meæ, & aliorũ etiam Christianorum ac Evangelicorum non pertinent.* Ista vero est ingenua confessio per Naturalismum, ingenio

(a) Anmerckung / *pag. 3.*

humano gratissimum, non modo naturam Christianæ Religionis evertentis, sed etiam omnes Protestantium Principum labores pro Religionis puritate susceptos & suscipiendos ridentis, vel saltim in minimis reponentis. Qvam lubricum & ruinosum istud sit fundamentum fidei, ut memini, me in Disp. Rostochii adversus Problema illud Anno M DC XCVIII. conscripta demonstrare; ita hodieqve miror, istam opellam, qvæ non nisi contemtu refutanda videbatur, consiliis & subsidiis ad invidiam Magni Fechtii a formidabili viro temere assignari. Minus aperte Pietista Hedingerus non qvidem pro fidei fundamento Amorem ponit, cæterum fidem & amorem sæpe unum esse, vulgus lectorum docet, ad *Phil. V.* (Nachdem ich höre von der Liebe und dem Glauben/ welchen du hast an den HErrn JEsum/ und gegen alle Heiligen/) scribens: Dieses Wort (Glaube) wird offenbarlich hier genommen von einer liebreichen Ergebenheit zum Dienst Christi und des Nächsten. Igitur extra omnem dubitationis aleam ponit Hedingerus, fidem in Dominum JESUM, aliqvando non differre ab amore Domini JESU, & proximi. Si igitur fides in Dominum JESUM Hedingero est fundamentum fidei seu doctrinæ Christianæ (a), seqvitur, qvod etiam amor Domini JESU & proximi eidem sit fundamentum fidei seu doctrinæ Christianæ, cum secundum eam, qvam dat Hedingerus, interpretationem Scripturæ, fides & amor Domini JESU proximiqve saltim interdum sit unum idemqve. Unde jam dispaleſcit, Thomasium inter similesqve Pietistas qvid interſit

(a) *1. Cor. III. 11.*

interſit & Hedingerum. Fidei ἀνάλογον illorum Pauli verborum interpretationem dederunt pridem Theologi noſtri, inter qvos vide Glaſſium (a), Gerhardum (b) & Schomerum (c), qvi breviter & acute Orthodoxam dicti ſententiam vindicavit.

In tanto Religionum indifferentiſmo, ne de Gentilium qvidem, ſaltem qvorundam moratiorum, ſalute deſperare nos jubet D. Hedingerus illud 2. Petr. III. 9. (GOtt will nicht/ daß iemand verlohren werde) ita interpretatus: Von allen Menſchen/ alſo vielweniger denen/ die er mit ſeinem Gnaden-Ruff kräfftiglich ziehet in den Schoß der Kirchen. Was GOtt für Wege habe die Menſchen auſſer der Kirche lebend zu beruffen und zuerretten/ bleibt ihm ſelbſt anheim geſtellet. Indeſſen ob uns das meiſte davon verborgen iſt/ ſollen wir an ſeiner allgemeinen Liebe und Ernſt ſum aller Menſchen Heyl nicht zweifeln. Sed clariorem mentis expoſitionem Hedingero elicuerant unius Dnn. Obſervatorum, cujus obſervationes ſerius transmiſſas eſſe legimus, (d) hæc, a vero non abhorrentia, verba: Was GOtt für Wege habe die auſſer der Kirchen lebende Menſchen zu beruffen und zu retten/ bleibet ihm ſelbſt anheim geſtellet. Doch iſt offenbar/ daß ſie entweder gar nicht gerettet/ ſondern in dem Gerichte/ darinn ſie verfallen/ gelaſſen werden; oder/ da ihnen Rettung wiederfahren und ſie glauben ſollen/ ihnen das Wort müſſe verkündiget werden. Weiter wiſſen wir von keinem Mittel: Und wer nicht glaubet/ wird verdammet. Rom. X. 14. Qvibus nil motus Hedinge-

Ad Qv. XI.

(a) Philolog. S. Lib. IV. Tractat. 1. p. m. 744. ſeqq. (b) Tom. IIX. Loc. de Morte §. 368. (c) in Exegeſi h. l. (d) Annotat. p. 46.

dingerus respondit: Wie wir mit den ungetauffften Kindern GOttes Macht nicht beschräncken / so können wir auch nicht sagen: Ob und wie er NB. einige der ehrbaren Heyden retten könne oder wolle. Ein Unterscheid ist unter dem / was durch ordentliche Mittel geschicht. An jene sind wir gebunden; GOtt nicht. Er thut was er will / und giebt auch einem Johanni den Glauben im Mutter-Leibe ohne Wort und Sacrament. Eo igitur misericordiæ impetu Hedingerus in æternam qvorundam, qvi neglectis Ecclesiæ mysteriis, tamen vitæ honestatem seqvuntur, salutem fertur, ut etiam memoria D. Pauli in animo ipsius exoleverit, qvi satis multus est in exponenda utrorumqve fortuna & eorum, qvi in gentilium idolomania vitam consumunt, & eorum, qvi ad DEI civitatem accedunt. (a) Qvod autem in maximo inter natos mulieribus, embryone, Johanne, singulare fuit & instar monstri cujusdam, id in gentilibus qvotidianum statuit Hedingerus, morum honestati nimium precium ponens. Qvamobrem non de omnibus, qvi sunt ejusdem conditionis, nec moribus dissimiles, non idem spei concipiendum esse arbitratus sit Hedingerus, non intelligo, nisi qvid horribili Reformatorum decreto dandum esse existimaverit: Siqvidem opinionem de justiorum Ethnicorum salute, qvodammodo, ei præivit Zvinglius, dum in expositione fidei classi Beatorum annumeravit Herculem, Theseum, Socratem, Aristidem, Antigonum, Numam, Camillum, Catones, Scipiones (b). Ad

(a) *Ephes. II. 1. 2. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.* (b) *vid. B. Joh. Giesenii Disp. I. de Calvinismo fugiendo; qvæstt XXII. Disspp. Giessensium Tom. VI. pag. 431.*

Ad ultimum *Revelationes & Ecstases asseruit Hedingerus non dissimiles illis, quæ Paulo in tertium cœlum rapto contigerunt*, ubi ineffabilia verba audivit. Dabo lectori benevolo ipsa Hedingeri verba spectanda; Paulina *2. Cor. XII. 1.* (Es ist mir das Rühmen ja nichts nütze/ doch wil ich kommen auff die Gesichte und Offenbahrungen des HErrn) his illustravit: Gesichte waren solche Offenbahrungen/ darinnen man Personen/ Thiere/ Bilder/ und allerley/ manchesmal wunderliche und übernatürliche Vorstellungen gesehen/ entweder mit klaren wackeren Augen/ oder in einer Entzückung/ oder im Traum. Et ut notum fiat, de qvo sermo sit, ad verba: Einen Menschen in Christo; scripsit: Das ist: Einen Christen. Andere deutens so: Ich kenne einen Menschen/ welcher in Christo (oder durch denselben) entzücket war. Deinde qvando Apostolus dixerat, *Se nescire, utrum raptus in tertium cœlum in corpore fuerit, an extra illud*, Hedingerus ait, hoc de anima intelligendum esse, & addit: Der Apostel hält es wenigstens für möglich/ daß der Leib auff Erden/ der Geist aber im Himmel seyn könne. Tum ipsum raptum expositurus: Entzückung/ inqvit, ist eine göttliche (in gewissen Fällen auch natürliche) Samlung der Seelen-Kräfften/ dadurch die Geschäffte und Sinne des Leibes/ entweder sehr geschwächet werden; oder gar/ fast wie bey einem todten/ auffhören/ da indessen der Geist seine ungewöhnliche Bewegungen hat/ etwas siehet/ spüret/ höret und erfähret/ was ihm vorhin entweder gäntzlich/ oder doch nach der Weise/ Stand/ Gewißheit/ unbekant gewesen. Porro locum, qvo raptus sit Apostolus, ostensurus, dicit tria esse cœli genera: Der *Ad Qv. XII.*

Vögel-

Vögel-der Sternen-der oberste Himmel/ (Meliorem trium cœli generum expositionem videsis apud Vinarienses ad h. l. & alios, asserentes, aliud cœlum esse naturæ, aliud gratiæ, aliud gloriæ) dieser wird von den Jüden der Dritte genannt. *1. Reg. VIII. 27.* Hier mag S. Paulus verstehen den Ort der Herrlichkeit/ wo die Frommen mit Christo herrschen. S. *Eph. III. 15. IV. 10. &c.* Das Paradieß genant. *v. 4.* S. *Luc. XXIII. 43.* Qvæ addit, efficiunt denuo locum intermedium inter æternam animarum beatarum sedem & infernum creditum esse Hedingero: Welcher Ort/ inqvit, einiger Meinung nach/ einen Ort/ der noch nicht völligen Herrlichkeit/ welche am Jüngsten-Tage in ihre Vollendung gehen wird/ bedeuten solle. Qvare conferre jubet, qvæ supra dixerat: S. Glosse *Luc. XVI. 22.* Tandem explanaturus, qvid rapto in cœlum contigerit, τὰ ἄρρητα ῥήματα, ineffabilia ista, ita non licere cuiqvam loqvi, dicit Hedingerus, ut nemo ad eloqvenda ista obligatus sit, vel ut ne fas qvidem fuerit ista effutire, ly ἐξὸν interpretatus de voluntate vel potentia morali, qvod B. Lutherus de naturali potentia & facultate rectissime ex natura Græcæ vocis intellexerat. Proinde ad verba: Unaussprechliche Worte/ die kein Mensch sagen kan; Glossographus hæc habet: Oder: Darff. Weil es keine Worte (oder Sachen) gewesen/ die er andern offenbahren sollen. Ab his principiis deducit noster Pietista doctrinam de Revelationibus ecstaticis, his verbis: *l. v. 2.* NB. Offenbahrungen und Entzückungen sind nicht über einen Hauffen zuwerffen: Aber zu prüfen/ und als Privat-Gnaden-Zeichen mit Furcht und Zittern

tern anzunehmen. V. v. 6. Ein weiser Christe vertüschet viel himmlische Gnaden GOttes / um sich keine Gelegenheit zum Stoltz / andern zum Lüstern / ohne Noth zu geben. Nunc cogitandum tibi, L. B. committo, *qvibus & qvalium Revelationum Raptuumqve spem fecerit Hedingerus*, annon talium etiam, qvales post Enthusiastas veteres, cœlestes vates & Qvackeros, jactavit Nobilis Asseburgia, qvæ non modo ad Chiliastico-Peterseniano-Pietisticum Regnum, sed etiam ad civilem vitam pertinentia, ut, Nubendum ne sit magni viri speciem præferenti, nec ne? & similia qvæsita, ex familiari cum animæ sponso CHRISTO JESU, consvetudine se haurire perraptus suos, infeliciter, & in sui ludibrium, prætendit? Jam vero qvi de Divinitate Revelationum & raptuum hodie convinci Christiani animus qveat, Hedingerus patefecit. Cum enim tacitis duobus, tertius Dnn. Observatorum, cætera de revelationibus ecstaticis D. Hedingero suo, facile assensurus, *tantummodo modum cognoscendi certam Divinitatem earundem Revelationum doceri cuperet*: (**Von den Offenbahrungen Ist nur die Frage: Woher man wissen könne / daß es Privat-Gnaden-Zeichen seyn? Wer wil es ergründen?**) Ad hoc officium paratissimus D. Hedingerus respondit: **Antwort. Ich der HErr kan die Hertzen ergründen.** *Jer. XVII. 10.* **und was im Menschen seye / offenbahret ihm sein Geist.** *1. Cor. II. 10, 12.* (a) Qvocirca de Divinitate novarum revelationum ita certos jubet esse eos, qvibus ipsæ contingunt, ut de iis mysteriis, qvæ in scripturis sacris nobis revelavit Sp. Sanctus, qvi interno suo testimonio

(a) Anmerckung / pag. 20.

cum sensu divinæ Scripturæ conjunctissimo animos illum percipientium ita convincit, ut nihil dubitationis relinqvat.

Ad Qv. XVI. Ad Articulum *de Justificatione peccatoris*, voce qvidem latius accepta, ita, ut omnia Restaurationis CHRISTI Beneficia uno complexu, qvasi cumulata, comprehendat, uti loqvitur B. Hafenrefferus (a) qvod attinet, cum Pietistis conspirasse Hedingerum certum proh dolor! est, qvam qvod certissimum; Siqvidem longe periculosissimum errorem *de Termino salutis peremtorio*, qvem mali nominis homo, Pietista, in scenam primus produxit, suo comprobavit calculo, cum ad *Rom. IX. 8.* (So erbarmet er sich nun/ welches er wil/ und verstocket welchen er wil) hæc adjecit: GOtt verstocket welchen er wil Verhängniß-so denn auch gerichtlicher Weise/ da er einem ruchlosen Sünder die Verdammiß zuerkennet/NB. ob er etwa gleich noch eine Weile lebet/ und das Leben selbst ein Stück seiner zugeurtheilten ohnwiederrufflichen Straffe ist. Wie alles an Pharao erhellet. Et porro: Was wird dir wiederfahren/ scheusliche Mißgeburt! die du im Blut liegest/ und meinest/ GOtt müsse dir den Himmel bis an dein Siech- und Sterbe-Bette nachtragen/ Gnade anzunehmen (nisi forte hoc per sphalma scriptum, pro: zu Gnaden annehmen) weñ dirs gelegen. Sagt ein Dieb auch also zum Richter? Laß mich stehlen/ bis in das 80. Jahr/ oder bis ich ein Bein gebrochen habe/ darnach wil ich mich von Strange bey dir loß bitten. At cogitare debuerat Misericordiæ Divinæ hostis, Pietista, revera hanc gratiam latroni contigisse, cum

(a) *Præf. LL. Theol. pag. 10.*

cum & ipsa morte volentis mori DEUS tristis & congregare volens non volentes congregari, etiam iis, qvi ipsi in vinea parum vel nihil commodarunt, præmium exsolvat magnificentissime, ringentibus licet illiberalis ingenii hominibus. Uti fundamenta Evangelicæ veritatis, liberalitate qvadam, ostendi novis Novatianis obvertendæ; ita non gratis sua asseruisse videri voluit Hedingerus. Cum enim unus Dnn. Observatorum scripsisset: Wie die Verstockung auffhören kan/ so ist auch die Straffe wiederrüfflich; intrepide respondit: Der höchste Grad der Verstockung ziehet das Verdammungs-Gericht GOttes nach sich. Das Verdammungs-Urtheil aber/ einmal in GOttes gerechtem Raht gefället/ wird nimmer umgestossen/ so wenig/ als ein Verstockter/ NB. welchen der HErr mit aller Gnade verlassen/ zur wahren Busse gelangen kan. (a) Supponit itaqve, nonnullos peccatores, æternis cruciatibus addictos, omni gratia, non modo justificante, sed etiam revocante, a DEO deseri, & inde concludit, istam pœnam irrevocabilem esse. Qvando autem ad Pharaonis exemplum provocavit Pietista, aperte transiit in Calvinianorum impia castra, asserentium, non sua malitia Pharaonem induratum esse, sed DEI voluntate: Cum nostri jam diu doceant, ne monstris qvidem & prodigiis Divinam gratiam parsisse, ut ad meliorem frugem istum Regem revocaret, documentum futurum humanæ malitiæ ac licentiæ contra ordinatam DEI voluntatem. Utinam vero sibi scripta existimasset D. Hedingerus, qvæ D. Müllerus, Primarius Academiæ

(a) Anmerck. pag. 21.

demiæ Tubingensis Theologus, brevi ante, qvam N. T. Stutgardiense ederetur, in Disp. de *pœnitentia indurati*, Wurtenbergenses, imo totam Ecclesiam, pie docuerat. Suam vero mentem de hac re D. Hedingerus eadem pagina (a) denuo exposuit his verbis: Die Worte aus Mose *v. 18.* deuten auff die Beweg-Ursach/ warum GOtt das Volck Israel zu seinem Eigenthum erwählet / und/ ohnerachtet seiner Sünden / wie er offt können und wollen/ von diesem Stand und Glück / bevorab nach begangenen Kälber-Dienst *2. Mos. XXXII. 34.* nicht verstossen hat: die aber *v. 18.* gehen etwas weiter/ und begreiffen auch einzele Menschen und Sünder / da er diesem mit verschonender Erbarmung und Gedult nachsiehet/ NB. einem andern aber verlässet mit seiner Gnade / aus gerechtem Gericht/ oder gar im Zorn hinreisset. Nec mitiora sunt, qvæ habet ad *Heb. VI. 6.* Die können nicht mehr zur Busse kommen: (Qvare vero?) GOtt verläßt sie mit seiner Gnade/ denn sie haben seinen Geist auffs greulichste gehönet / der sie nimmer würdiget seiner Rührung und Gaben. O! ich besorge / die Sünde seye unter den heutigen Christen / die nach so vieler Uberzeugung / vergossener Thränen / geschmeckter Bitterkeit der Sünde / Genuß der mannigfaltigen Liebe Christi / dennoch wie losgelassene Teuffel leben / und GOttes öffentlich spotten/ gemeiner / als man meinet. Was soll man ihre Busse hoffen? Ostendit Apostolus toto hoc capite *Hebr. VI.* consilium DEI de modo salvandi peccatores ita immutabile esse, ut qvi hoc consilium adversus se ipsum spreverit, salvari nullo modo qveat, licet vana se spe lactaverit:

(a) Anmerckung / *p. m. 21.*

verit: Nullatenus autem affirmat Apostolus, Spiritum desinere illud unicum DEI consilium peccatoribus offerre & ad acceptandum illud efficacissime pellicere. Sed vero suo ingenio inexhaustam bonitatem mensus Pietista Hedingerus pro causa negatæ pœnitentiæ salutaris, & ipsius salutis affert, admissorum facinorum atrocitatem, & inde promeritam omnimodam Spiritus derelictionem. Cæterum ego cum pio David, misericordissimo Domino supplex factus, clamo: *Si iniquitates observaveris Jehova; Domine, quis possit consistere?* (a) Hedingeri autem aures unicus Dnn. Observatorum pulsavit abrupta hac voce: O! ich besorge/ ꝛc. GOtt bewahre/ daß kein Angefochtener diese Worte lese! Sed frustra; respondit enim Hedingerus: So darff man auch nimmer von der Sünde in den Heiligen Geist lehren/ und für der denselben warnen. Quare perrexit superioribus similes, si non graviores, errores spargere, & verbis confirmare. Keiner hat Anfechtung/der in solchem Stande ist; vielmehr glauben solche Leute/ Christen und seelig zu seyn/ sterben so in Ruhe mit allen ihren Sünden/welche sie etwa mit dem Munde bekennen/ und Sacrament darüber empfahen/ übrigens verstockt und unbekehrt bleiben. Jam vero immedicabili vulneri medicinam facit & remedia veniæ affert irremissibili peccato: Wäre aber/ inqvit, ein Spiera (gesetzt daß wahr sey/ was man von ihm schreibet) zufinden/ müßte man wie mit einem nicht leicht erkäntlichen Sünder in den Heiligen Geist/ mit ihme auch fahren/ ihn auff die Gnade GOttes weisen/ ꝛc. NB. Stünde aber ein solcher bereits

(a) *Ps. CXXX. 3.*

reits unter dem Gericht des Zorns / Verstockung / Verdammung / so zeigen sich eben darin die Erstlinge / ja die Krafft der Höllen-Qvaal / noch in diesem Leben / nemlich / daß er verzweiffelt. (a) Utinam vero alta mente reposuisset, qvæ ad *2. Cor. III. 16. 17.* observata sunt: Der Heilige Geist ist der HErr / der alles / und also auch die Bekehrung der Felsen harten Hertzen / und die Erleuchtung der stockblinden Augen zu Wege bringen kan. (b) Sed D. Hedingerus, his nihil motus, tanto persecutus est malitiosos homines odio, ut & *preces pro ipsorum conversione ad DEUM fundere prohibuerit*, immemor Mosis, CHRISTI, Stephani & aliorum sanctorum, qvi pro infensissimorum & pervicacissimorum hostium salute deprecati sunt. Scripserat D. Johannes, pro *peccantibus mortaliter*, qvod ipse Hedingerus exponit de *peccato in Sp. Sanctum, non precandum esse*, sed his idem subjicit: Also auch / wenn man gnugsame Spuren hat / daß ein Mensch verstockt und in einen verkehrten Sinn dahin gegeben seye / was solls bitten für seine Seele? (c) Et cum qvidam Observatorum regessisset: Geschicht es doch in der Litaney: **Alle Jrrige und Verführte wieder bringen**; suo ingenio confisus Hedingerus hæc effudit: Menschliche Gebet-Formen præjudiciren dem Apostel und seinem Befehl nicht. So bittet man auch für die Sünder in den Heiligen Geist / weil man sie nicht kennet. Observavi non sine dolore plura hujuscemodi; sed nolo his Pietistici fastus speciminibus chartam & lectorem onerare.

Ad Qv. XIIX. Jam de *Baptismo* qvæ fovent paradoxa nonnulli Pietistæ

(a) Anmerck. *pag. 45.* (b) Anmerck. *pag. 27.* (c) Gloss. *ad 1. Joh. V. 6.*

Pietistæ a summe Venerab. Dn. Præside ad Qv. XIIX. commemorata, ne nesciret vulgus, saltem facturus D. Hedingerus, ad *Hebr. VI. 2.* scripsit: Von der Lehre der Tauffe: D. i. von dem / was ein erwachsener Tauffling wissen / und davon Rechenschafft geben solle. NB. Andere legens aus von der Tauffe der Jüden / Johannis des Täuffers und Christi / was sie seyn / und was dazu gehöret. Ut vero familiare est nostro per *alios interpretes* plerumqve Pietistas significare; sic per hæc, qvæ modo exhibui verba, horum impias opiniones, qvas de *S. Regenerationis lavacro* defendunt, id pro Ceremonia Judaica, a Johanne & CHRISTO repetita, temere venditantes, animis rudiorum repræsentari, lectus optimus libellus Dn. Mayeri facile persvadet: Siqvidem ne verbulum qvidem adjecit Hedingerus ad errorem istum refutandum. Vid. autem Gerhardum (a) qvi allatis sex interpretum sententiis & sua optima de hoc loco, *qvod* nempe per usitatam Scripturæ Enallagen, *Numerus Pluralis pro singulari positus sit*, nullum Piesticæ opinionis vestigium reliqvit.

Ad Qv. XIX.

Sacræ Cœnæ naturam & substantiam a convivarum dignitate ita suspendunt nonnulli Pietistæ, ut doceant, Cœnam Domini esse desinere, si indigni ad eam admittantur, provocantes ad *1. Cor. XI. 20.* Ubi Paulus: συνερχομένων ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ οὐκ ἔστι Κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν. h. e. Convenientibus vobis in unum non est Dominicam Cœnam edere; vel ex optima B. Lutheri interpretatione: Wenn ihr nun zusammen kommet / so hält man da nicht des HErrn Abendmahl. Vid. Dn. D. Mayeri

(a) *In Comment. super. Epist. ad Hebræos, p. 7. seq.*

Mayeri Bericht (a) & Christiani Democriti unparteyische Gedancken über den Bericht (b). Exhibuerat Dn. D. Mayerus in suo libro hæc Christiani Democriti verba: Von des HErrn Nachtmahl lehre und halte ich nach der Schrifft/ daß es nicht könne gehalten werden/ als von wahren Gliedern Christi; daß kein Nachtmahl des HErrn sey/ wo diese Gemeinschafft des Leibes Christi nicht ist/ daß es nach der Absicht Christi nichts anders sey/ als eine Verkündigung des Todes Christi und eine Gemeinschafft der brüderlichen Liebe/ &c. (c) Sed Democritus respondit: Wenn der Schwedische Theologus nicht alle Leute für bezaubert und blind hielte/ wie er selbst ist/ so hätte er sich nothwendig scheuen müssen/ angezogene Worte als ketzerisch zu perstringiren/ die sich mit ihrer Evidentz vor den Gewissen aller/ die nur das geringste zu prüffen fähig sind/ satsam legitimiren. Denn wer wil wol leugnen/ daß des HErrn Nachtmahl für wahre Jünger Christi seye eingesetzt/ und daß die Ordnung Christi gebrochen werde/ wo unordentliche Leute mit in solche Communion gezogen werden. Paulus spricht zu seinen Corinthiern/ die nachläßig waren sich vor der Gemeinschafft der unordentlichen zu bewahren: **Wann ihr zusammen kommet/ so hält man da nicht mehr des HErrn Nachtmal**: Wer wil es heute leugnen/ daß man solches nicht mit grösserm Recht von allen heutigen Versamlungen sagen könne/ in welchen die Glieder Christi so rar sind/ als wie unter den ersten Christen ein Judas und Simon/ Verräther Christi und Zauberer: Die Sacramentliche Vereinigung

(a) p. 34. (b) p. m. 41. (c) l. c.

gung bleibt ein Gedicht der Clerisey / so lang biß sie mit der Schrifft erwiesen wird (a). Non placet mihi cum Democrito contendere; sed velim observent Lectores, Versioni dicti Paulini male insertam esse voculam mehr / Græco Textu nihil ejus ostendente. Illud autem haud dubie factum est, ut facilius imprudentibus persvaderet Democritus, *per indignitatem convivarum Cœnam Dominicam desinere esse Cœnam Dominicam.* Et hæc qvidem opinio Pietistas non solum impedit, qvo minus libenter ad S. Cœnam in nostris cœtibus accedant, (qvippe in qvibus plerosqve omnes, maxime illos, qvi ipsorum erroribus refragantur, Ministros Ecclesiæ, pro irregenitis habent & S. epulo indignissimis.) sed tantam vim indignitati Convivarum asserentes, nec possunt non iidem cum Calvinianis & Socinianis (a) negare; *Judam Iskariotem Sacramentalis Cœnæ a Domino institutæ participem factum fuisse.* Hoc vero Hedingerus qvoqve perne gavit, sed argumentis ita stramineis, ita impiis, ut ea tanti viro ingenii excutere vix qvicqvam aliud potuerit, qvam cupiditas suam consensionem etiam in eo, qvem modo dixi, errore de S. Cœna, cum aliis, tum imprimis Pietistis, comprobandi. Dabo, ut soleo, Lectori ipsa Hedingeri verba, subnexa, ubi opus est refutatione brevi & qvasi compendiaria. Hieraus / inqvit, ist zu schliessen / NB. (obgleich *Luc. XXII. 21.* das Gegentheil erscheinet) daß er (Judas) nicht bey dem Sacramentlichen Mahl gewesen / nach welchem nichts mehr gegessen würde / indem das Gemeine und Oster-

(a) l. c. (b) vid. Schertz. Collegium Anti-Calvin. p. 513. & Colleg. Anti Socin. p. m. 1032.

Essen/ schon vorbey war/ und der HErr den Letzten/ d. i. Oster-Kelch zum Sacramentlichen Gebrauch schon geseguet hatte (a). Ecce tibi argumenta, qvibus inductus, blaspheme rejecta S. Lucæ auctoritate, negat, Judam proditorem sacramentale epulum accepisse: Johannes dixit, *statim a sumta offula vel buccella exiisse Judam*; Ergo dixit, *Judam non fuisse hospitem Cœnæ sacramentalis.* Potuit autem Judas offulam accipere, imo accepit, finita Cœna sacramentali, & tum statim conclavi excessit. Illud ni dixeris, ægerrime conciliaveris Evangelistas. Sed vero constat, & in confesso est, ne verbulo qvidem Johannem Evangelistam S. Cœnæ a tribus reliqvis vitæ Christi scriptoribus satis expositæ, mentionem facere, in scribenda historia aliarum rerum, qvas illi tres omittere debuerunt, occupatum. Qva ergo veritatis specie Evangelista Johannes produci potest, ad hospites incomparabilis convivii ostendendos, vel probandum, Judam eo excluſum fuisse? Imo vero reliqvi Evangelistæ, qvi historiam Dominicæ Cœnæ descripserunt, consulendi sunt, si qvid de Cœna qværatur, perinde ut ex Johanne de eo constat, statim a sumta offula Judam convivio exiisse. *At enim Cœna & qvotidiana & Paschalis jam consumtæ erant, cum Christus Sacramentalem dedit; ergo Judas egressus est convivio, antequam hæc daretur.* Qvale vero hoc est monstrum consequentiæ? Vel supponit Hedingerus, adeo in cœna omnia absumta esse, ut ne buccella qvidem facta fuerit reliqva, qvæ dari potuerit Judæ, vel per, nescio qvam religionem negat licere, post sumtam Cœnam Sacram, qvicqvam ordinarii cibi dare aut sumere,

(a) *Joh. XIII. 30.*

sumere, vel ego non reperio, qvam probabilitatem ipsius ingenium captaverit. Cæterum mensam tum, cum CHRISTUS S. Cœnam instituit, nondum sublatam fuisse, relatum legimus *Matth. XXVI. 26.* Videtur autem unus Dnn. Observatorum futilitatem istorum argumentorum, perspexisse, qvare infit: Es ist eine gemeine und wichtige Frage: Ob Judas bey dem Mahl des HErrn gewesen? *Matthæus c. XXVI. 20. 21. 26. Marcus XIV. 17. 18. 22.* (Poterat vero addi, si libuisset Dn. Observatori, *v. 23.* Nam in hoc expressa verba extant: *Biberunt ex calice omnes*, scilicet duodecim illi Apostoli, qvorum mentio facta fuerat *v. 17. 18. 21.* siqvidem & præceperat CHRISTUS, ut *omnes* biberent, prout scriptum extat *Matth. cap. cit.* sed ab Observatore omisso *v. 27.*) berichten einerley / daß die Zwölffe mit einander gegessen. (Qvid vero comederunt & acceperunt?) Keiner aber meldet / daß oder wenn Judas davon gegangen. Lucas NB. ändert die Ordnung / indem er *C. XXII. 14. 20.* das heilige Abendmahl beschreibet; darauff hie erst *v. 21.* gedencket des Verrähters / wie er über Tisch gewesen / &c. (Omnino autem notari meretur a Luca adhibita particula πλὴν, *cæterum*, connectens *v. 21. & seqq.* cum antecedentibus, ut intelligas, nihil effecisse in proditoris pertinaciissimi animo novum amoris documentum, qvod CHRISTUS proprium corpus edendum & sangvinem bibendum dederat) Johannes redet von einem Abendessen / *C. XIII. 24.* und *v. 30.* daß Judas einen Bissen empfangen / und so bald von dannen weggegangen seye. Ist nun die Frage: Ob Lucas das gantze Werck in seinen Umständen NB. allein regieren / oder / ob man

so wol Matthäum und Marcum/die den Weggang Judä nach Beschreibung des heiligen Abendmahls verschwiegen/Verneinungs-Weise (d. i. Judas sey schon abwesend gewesen) erklären/ (Obsecro! qva umbra probabilitatis cœpit tibi videri, *valere in historiis argumentum Negativum?* Non Johannes qvoqve, carissimus ille JESU discipulorum, & præ ceteris sanctis Theologi nomen meritus, opponi poterat reliqvis Evangelistis, si sepositâ θεοπνευστίᾳ, argumentula comminisci libeat, & tamen is Johannes omnino reticuit institutam sacram cœnam; ergone dubitare per pietatem licet, an instituta sit a CHRISTO passuro Sacra Cœna? Apage!) oder auch Johannem dahin deuten solle/ daß der eingenommene Bissen/ und der gleich darauff erfolgte Weggang Judä der Zeit nach vor dem sacramentlichen Mahl (denn drey Absätze gewesen: Das Gemeine/ das Oesterliche und Sacramentliche Mahl) zuverstehen seye? Respondet D. Hedingerus: Ich halte es mit denen/ die Judä Abtritt vor-nicht nach dem Abendmahl setzen: NB. Massen/ ob er gleich sonsten der Pünctlichkeit Lob hat/ nicht/ wie Matthäus bey dem letzten Mahl gegenwärtig gewesen/ noch ist es zuvermuthen/ daß NB. nach dem sacramentlichen Mahl Christus ihme/ Judä/ den Bissen werde gereichet/ und das Thor eröffnet haben/ daß der Satan in ihn gefahren. *Joh. XIII. 27.* (a) Ergone certum jam est, CHRISTUM causam esse occupati a Satana animi Judæ, & portam aperuisse, ut discipulum ad nefarium scelus perpetrandum traheret? Hoc a CHRISTO data offula effectum esse, anne dubitant qvidem Pietistæ, ut tantum.

(a) Anmerckung/ *pag. 27.*

tantummodo de tempore disqvirendum sit, vel potius, an probabile videatur, CHRISTUM hoc in illo feciſſe, qvem sacra cœna dignatus sit? Et ego qvidem dubito, hoc disceptaturum fuisse Hedingerum, ni cum qvibusdam aliis Pietistis & Calvinianis credidisset, nemini, nisi vere fidelibus CHRISTUM in Cœna corpus & sangvinem dare, imo si accedant infideles, desinere esse Cœnam Dominicam. Illud ante omnia notandum est, tam evidenter a Luca asseri, Judam proditorem Domini Cœnæ interfuisse, ut contra Lucam id negare Hedingerus non potuerit, nisi per summam impietatem fidem hujus Evangelistæ dubiam & suspectam redidisset. Plura de his scribere impræsentiarum non vacat; cui vero a me dicta non sufficiunt, illum remitto ad B. D. Gerhardum (a) & B. Scherzerum (b).

De Sella Confessionali Pietistis se probaturus D. Hedingerus, his pronunciavit verbis: **Was soll der Wucher-Greuel im Tempel GOttes? Was die Ablaß-Krämer im Heiligthum / die ihr Stillschweigen / Schmeicheley und eine gute Leich-Predigt ums Geld / und die Dienste ums Lohn verkauffen?** (c) His coloribus depingit Pietista Ecclesiæ institutum, ut verum esse imperiti credant, qvod profani homines jactant, Sellæ Confessionalis non esse aliud fundamentum, qvam sacrum denarium. Longe aliter Augustani Confessores: *De Confessione docent, qvod absolutio privata in Ecclesia retinenda sit &c.* (d) Poterat videri Hedingerus modo in abusum sellæ confessionalis invehi, atqve in eos, qvi nihil *Ad Qv. XX.*

(a) *In Harmonia.* (b) *In Colleg. Anticalv. p. 515. seqq.* (c) Nutzanwendung / *Joh. II. 14.* (d) *A. C. Art. XI.*

aliud, qvam lucrum captant, si nimis generalia verba ejusdem usui aliqvid loci relinqverent. Certe beati Confessores cum non minor privatæ Absolutionis abusus per illa tempora invaluisset, tamen rem ipsam lectoribus commendarunt. Illos igitur imitari D. Hedingerus debebat, præsertim de pio Ecclesiæ instituto vulgo legenda scribens.

Ad Qv. XXI. Ordinarios Ecclesiæ Ministros esse debere, D. Hedingerus negare non poterat; sed non improbatam ei esse illorum sententiam, qvi statuunt, *etiam aliis, qvi non sunt vocati Ecclesiæ Ministri, potestatem fieri debere cœtus hominum sacra docendi*, apparet ex his; qvæ ad *Act. IV. 13.* scripta sunt; Glossa hæc habet: G. Idioten/nicht nur geringe und privat/sondern auch in fremden Sprachen unberichtete/auch mit keiner besondern Geschicklichkeit/der Natur/Verstands und ansehnlicher Gaben halber ausgerüstete Leute. Hinc Hedingerus hunc formavit Usum: GOttes Reich/Wort und Krafft/ist an die Schul-Weißheit/menschlichen Verstand/und natürliche Gaben gar nicht gebunden. (a) Clarioribus verbis mentem exposuit unus Dnn. Observatorum: Gesch. 4/13. Ungelehrte Läyen bejammerns-würdige Eiffer derjenigen/welche sich erzürnen/wenn sie an gemeinen Christen/z. e. verachteten Handwercks-Leuten eine sondere Gabe zu reden oder zu schreiben sehen: Was hat man nicht für Unruhe in dieser Sache erlebet? Wie hat man nicht hie und da dieses Recht/seine von HErrn empfangene Gaben anzuwenden/den Layen mit so vielem Geschrey disputiren wollen? (b) Non esse hic sermonem de potestate suos ad

(a) *Act. IV.* Nutz-Anwend. C. v. 13. (b) Anmerck. p. m. 11.

ad timorem Domini adducendi, nec de fraterna correptione, vel inde constat, qvod ad utrumqve singulos per sacerdotium spirituale obligatos esse, publica Ecclesiæ nostræ doctrina est. Sed opifices ἀλλοτριοεπισκόπους ferre Ecclesia non potuit, qvia *non plures Doctores fieri debent, nec ad eum honorem qvisqvam accedere, non vocatus* (a) Qvantos motus nostra ætate excitaverint isti opificum & similium conatus, longum foret explicare; nec vacat denuo exponere, qvam inepte & impie cum qvibuscunqve aliis componantur viri θεόπνευστοι, Petrus & Johannes: Nec attinet docere, *plures divinitus instructos esse donis* Remp. administrandi, qvi tamen officia Regum ac Principum involare non debeant, Regalem Christianorum potestatem frustra causaturi. Pari modo nec per spirituale sacerdotium ordinarium Ministerium turbari debet. Hoc autem minus videtur pensi habuisse Hedingerus, qvando Apostoli verba: Wie sollen sie aber hören ohne Prediger? his putavit illustranda: Prediger; oder Verkündiger / dergleichen ausser den ordentlichen Lehrern auch andere seyn können / welche GOttes Tugend zu preisen / und den andern / ihnen zur Erbauung / auszusprechen schuldig sind 1. Petr. 2. 9. Im Gr. stehet ein Wort / welches eines Herolden Stimme / oder eines solchen / der auff öffentlichen Marckte etwas ausschreyet / bedeutet (b) Qvæ Græcæ emphaseos evolutio qvo pertineat, rerum peritis judicandum relinqvo.

De fundo Ecclesiæ, qvo Ministri ipsius cum pauperibus alantur, plane pietistice scripsit qvidam Observatorum: Schande! daß wir es / wo vor Anstalten für die Armen

(a) *Jac. III. 1. Ebr. V. 4.* (b) Gl. *Rom. X. 14.*

Armen geredet wird / auff den fundum, grosse Capitalien und dergleichen ankommen lassen wollen / gleich ob könnte GOtt nicht machen / daß allerley Gnade reichlich unter uns sey. /(a) Confer. cum his, qvæ Dn. Præses tradit, (b) nec ovum ovo similius esse, cognoscas, qvam hæc illis N. T. Hedingeriani.

Ad Qvæst. XXII.

De Templis qvid censuerit D. Hedingerus, id colligere proclive fuerit ex ipsius verbis, Pauli: Der Gemeine in deinem Hause; pro *necessaria expositione additis*: Die Christen erster Zeiten versammleten sich / wo sie konten / das Wort zu hören / zu beten / und GOtt zu loben. Damahls richtete man das Kirchen-Wesen nicht nach dem Staat. Man ist doch darum in der Welt / daß man sorge üm seine Seeligkeit / und GOttes Willen thue in Beweisung der Liebe gegẽ ihm und gegen dem Nächsten. Aber der Teuffel hat aus demselben Kirch-Wesen durch Verkehrung des Regiment-Wesens einen Nothstall der Frommen / eine Blut-trieffende Mörder-Grube und stinckenden Laster-Kercker gemacht / darinn die meiste etlichen Gewaltig- und Gewalt-thätigen wie Knechte hergegen Christo fast verstohlner Weise dienen müssen. GOtt lasse doch einst seine Macht herfür brechen wie die Morgenröhte / wieder das Reich der Finsterniß (c).

Ad Qvæst. XXIII.

Ad Conciones & accuratum ordinem in ipsis observandum qvod attinet, suam mentem exposuit D. Hedingerus illa Pauli: Welches wir auch reden / nicht mit Worten / welche menschliche Weißheit lehren kan / sondern mit Worten / die der Heilige Geist lehret; interpreta-

(a) Anmerck. p. m. 28, ad 2. Cor. IX. 8. (b) Bericht / p. 36. 37. (c) Gl. ad Phil. v. 2.

pretaturus: Nicht nach der Kunst/die man in den Schulen lehret/und von den Heydnischen Weisen lernet/zierlich/beweglich/Regel-mäßig/NB. mit guter Vernunfft-Ordnung/als wornach die Ohren jücken. *2. Timoth. IV. 3.* (a) Cum mihi hîc prolixiori esse non liceat, videatur omnino Dn. M. Raphelii, hodie scholæ Lüneburgensis Conrectoris, doctissima Disp. de persvasoriis humanæ sapientiæ verbis, sub præsidio communis Præceptoris Magnif. Dn. D. Fechtii habita anno MDCCII. Addatur qvam laudato Fechtio Præside edidit Exercitatio sacra Dn. M. Schöpffer de præcipuis Oratoris Ecclesiastici in perorando virtutibus. Sed ne qvid Pietisticorum conatuum deesset Hedingeriano Testamento etiam *usus Textuum Evangelicorum & Epistolicorum castigandus* erat, & nulla data ab Apostolo occasione, vulgo lectorum obtrudenda hæc observatio: *1. Timoth. IV. 15.* Nicht etliche Versicul, wie heutiges Tages.) Vielweniger so zerstümmelt/und da der Sinn der theuren Worte Christi/und der Aposteln sehr abgeschnitten ist. Man sehe die Zertrennung der Episteln an 3. Sontägen/so sich finden *Rom. XII.* durchs gantze Capitel. Ingleichen *1. Joh. V. 4.* und wie der zehende Vers abgerissen wird. *1. Joh. IV. 17.* fänget eine Lection an/welche man doch mit dem Haupt-Satz *v. 16.* anheben solte/und so in überaus vielen Exempeln (b) Qvæ ipse Hedingerus his confirmavit: Schade ist es auch/daß man aus einem schon verfallenen Seculo die ungeschickte Austheilung der Evangelien und Episteln beybehalten: Könte man nicht dieselben also einrichten/daß das gantze Jahr hindurch alle Glaubens-Lehren und Lebens-Pflichten in

(a) Gl. *1. Cor. I. 13.* (b) Anmerck. *p. 36.*

seiner Ordnung fürkämen / und erkläret würden? Aber / welch ein Feind leider! vieler Erbauung ist Consvetudo (a).

Chiliasmi defensoribus per qvam familiare est asserere, futurum esse, ut *Judæorum si non omnis, saltim ingens* maximeqve notabilis multitudo ad CHRISTUM JESUM convertatur (b) Qvanqvam non ausim omnes Chiliasmi insimulare, qvi illam sententiam fovent, qvippe de qvorum integritate mentis jam satis constat. D. Hedingerus certe cum aliis Pietistis non dubitavit eandem ut Chiliasmo faveat profiteri, & *suis maxime necessariis N. T. Expositionibus* inferre, scribens: Und so wird gantz Israel gerettet / oder seelig werden. Nemlich die meisten / welche in Ansehung der wenigen Bekehrten bißher schienen das gantze Volck zuvertreten; die werden in Wiederspiel so viel ausmachen / NB. wenn sie hauffenweiß werden Christo zufallen / daß die Wenige etwa noch überbleibende unbekehrte in keine Achtung dargegen kommen werden. Muß demnach eine gar grosse Juden Bekehrung geschehen / oder wo dieses nicht erweißlich / noch bevor seyn. (c) Hinc cum Lutherus illud 2. *Cor. III. 16.* Ηνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα, ita interpretatus esset: Wenn es (Israel) aber sich bekehrte zu dem HErrn / so würde die Decke abgethan; Hedingerus, dato suo signo subjecit: A. id est, andere legens aus) bekehren NB. wird. S. *Rom. XI. 16. 25.* Gemina his habet observator: 2. *Cor. III. 16* Wenn es sich aber / laut der heiligen Weissagung ē / bekehren wird / so wird die Decke schon hinweg seyn; Denn dieses ist *v. 17.* nicht unmöglich. So möchte mans / nach

Ad Qvæst. XXIX.

(a) Anmerck. *p. 36. 37.* (b) *Vid. inter alios Scherz. System. p. 586.*
(c) Gl. *ad Rom. XI. 26.*

nach der Meinung derer/welche *Rom. XI. 16. 25.* angezogen sind / erklären / und zugleich die Zusammenfügung der Worte erläutern. (a) *Chiliasmum* ita aperte docere non ausus D. Hedingerus, ne videretur cum Jo. Wilhelmo Petersenio & J. J. Zimermanno, qvi utercq; exilio pœnas temeritatis dederat, ab Augustana Confessione, Ecclesiæ nostræ symbolo, palam discedere. Cæterum qvam a Chiliasmi doctrina suus animus alienus sit, non omnino reticendum ratus, lectoribus harum necessariarum Expositionum N. T. inter alia reliqvit pensitanda seqventia. CHRISTI verba: Bald nach der Trübsal derselbigen Zeit werden Sonne und Mond den Schein verlieren/ und die Sterne werden vom Himmel fallen / und die Kräffte der Himmel werden sich bewegen; his exposuit: diese Hebräische Sprach-Weise deutet in der heiligen Schrifft eine grosse Veränderung und Anschicken zum geist- oder leiblichen Verderben an: N. hier zum letzten Straff-Gericht entweder über das Jüdische Volck / oder die Christenheit NB vor der gesegneten Zeit / wie NB. etliche meinen. A. insgemein vor dem lieben jüngsten Tage. In geistlichem Verstande müsste die Bewegung des Himmels-Lichter und Kräfften der Fall grosser Lehrer / und Christen in schwere Sünden und Irthümer bedeuten. (b) Qvod CHRISTUS dixit: des Menschen Sohn wird senden seine Engel mit heller Posaunen / und sie werden samlen seine Auserwehlten; his interpretatur Hedingerus: Die Sammlung verstehen einige von sonderbahrer / obwohlen ohnsichtbahrer Rettung aus Gefahr. A. der Engel Amt am jüngsten Tage. Unten *c. XXV. 32.* O. *XIII.*

(a) Anmerck. p. m. 27. (b) Gl. ad Matth. XXIV. 29.

O. XIII. 41. (a) Digna qvoqve sunt consideratione, qvæ idem commentatur ad *2. Petr. III. 10.* Ob Himmel und Erden / dem Wesen oder nur den Eigenschafften nach vergehen sollen / ist eine lang-getriebene Frage / NB. eben sowohl / als die / was der neue Himmel und Erde seyn / und zu was er taugen werde. NB. Christliche Freyheit läßt sich hier nicht binden. Et brevi post: dieser neue Himmel kan das N. T. nicht seyn / wie man aus *Esa. LXV. 17. LXVI. 22.* schliessen möchte: Denn St. Petrus schrieb dieses / als ein würcklicher Mitgenosse des neuen Bundes; also wird hiedurch eine Herrlichkeit der Kirche verstanden / NB. welche noch bevorstehet / der gemeinsten Meinung nach **im ewigen Leben.** Off. 21 / 2.

Suppeterent alia, si plura Disputationis modus caperet, & operis ipse adesse possem; ratus itaqve, qvæ dedi, sufficere ad demonstrandum, ab erroribus Pietisticis, dolor! non immunem fuisse excellentissimi ingenii virum, nec cætera sua laude defraudandum *D. Joh. Reinb. Hedingerum*, neqve habere, de qvo conqveratur auctor Epistolæ pro *D. Hedingero*, adversus *Dn. Præsidem* scriptæ, reliqva alii reservo occasioni. Præsta vero, *sanctissime Pater*, Tu nos sanctos inveritate Tua; Verbum Tuum veritas est.

AMEN!

(a) Cf. *Matth. XXIV. 31.*

Ung VI 9 (1)

TA - OL

ULB Halle 3
004 759 885

&

Z

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-332308-p0091-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-332308-p0092-0

B.I.G. Farbkarte #13 Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black Centimetres Inches

A 11
11.

Q. B. V!

DISPUTATIO THEOLOGICA INAUGURALIS
DE

Novi Testamenti Hedingeriani ERRORIBUS PIETISTICIS,

Qvam

Ex Decreto Summe Reverendæ Facultatis Theologicæ,

PRÆSIDE

Summe Venerabili, Magnifico atqve Excellentissimo DOMINO,

Dn. D. Jo. Friderico Mayero,

S. Reg. Majestatis Sveciæ Magnæ Fidei Viro, in Provinciis Germanicis Consiliario in Sacris supremo, Academiæ Gryphiswaldensis Pro-Cancellario perpetuo, Professore Theologiæ Primario, Ecclesiarum Pomeraniæ & Rugiæ Superintendente Generali & Consistorii Regii Præside, ad D. Nicolai Gryphiswaldiæ Pastore, Collegii Theologici Seniore & h. t. DECANO,

Domino, Præceptore atqve in CHRISTO Patre suo,

omni observantia æternum colendo,

Pro Licentia

Summos in Theologia honores, & privilegia Doctoralia rite capessendi,

In Auditorio Maximo

Anno cIↃ IↃCC VII. a. d. XXV. Novembr.

publica & amica disquisitione submittit

Auctor,

M. Jacobus Schröder / Anclamensis,

SS. Theol. Candidatus & Scholæ patriæ h. t. Rector.

GRYPHISWALDIÆ,

Typis Danielis Benjaminis Starckii, Reg. Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-332308-p0093-5